(a) Vide de materia hujus Legis Fragoſ. *de Regim. Reip. p.* 1. *diſp.* 12. §. 2. *ex n.* 58., Sabel. *in Sum.* §. *Libellus. num.* 8., Conciol. *Reſolut. crimin. verb. Accuſat. reſolut.* 7., Mend. à Caſtr. *p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 1. *à n.* 50., *&* *p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *ex n.* 40., Ayllon *ad Gom. lib.* 3. *Var. cap.* 11. *à n.* 2., Cardoſ. *in Prax. verb. Libellus. n.* 4., Altimar *de Nullit. ſent. tom.* 2. *rubr.* 13. *q.* 1. *n.* 57., Azeved. *ad L.* 4. *tit.* 2. *lib.* 4. *Recopilat. n.* 6., ubi limitat, ſi probabiliter accuſator ignoret locum & diem delicti; nam tunc non vitiabitur Libellus, quamvis locus, & dies non declaretur. Limitat etiam in caſu, quo de delicto, & de delinquente plenè conſtet per legitimas probationes; quia licèt non conſtet de loco delicti, vel probetur de alio loco, quàm in Libello fuit expreſſum, nihil obeſt in practica, quin condemnatio fiat, ex Gom. *tom.* 3. *Var. cap.* 11. *num.* 1. *&* 6. *in fin.*, Scacc. *de Judic. lib.* 1. *cap.* 51. *n.* 39. *verſic. Contrariam.* Limitat amplius in cauſa hæreſis idem Azeved. *ſupr. num.* 8. ex Simanc. *de Inſtitut. Cathol. tit.* 4. *num.* 9., quam limitationem tenent etiam Fragoſ. *de Reg. Reip. d. diſp.* 12. §. 2. *num.* 59., Altimar *d. rubr.* 13. *quæſt.* 1. *num.* 65.

(b) Libellum non eſſe neceſſarium in cauſis brevioribus & modicæ quantitatis, probatur ex Auth. *Niſi breviores. Cod. de Sentent. & brev. recit.*, Card. *in Prax. verb. Libellus. n.* 6., Altimar *de Nullit. ſent. tom.* 2. *rubr.* 13. *q.* 1. *n.* 88. Quæ autem cauſæ dicantur modicæ & breviores, de Jure communi tradit idem Altimar *d. n.* 88. *& n.* 89., Fragoſ. *de Regim. Reip. p.* 1. *diſp.* 12. *n.* 56. Sed de Jure noſtro dicuntur illæ, quæ non excedunt quantitatem mille teruntiorum; ut probatur ex hac Ordinatione, quâ concordat Ord. *lib.* 1. *tit.* 65. §. 7.

Amplia hanc diſpoſitionem in cauſis alimentorum, quæ debentur officio Judicis, & miſerationis gratia, ad quas non requiritur Libellus, ſed ſufficit quæcumque petitio; Caſtilh. *lib.* 8. *Controverſ. cap.* 19. *n.* 1., Themud. *tom.* 1. *dec.* 30. *n.* 10., Altimar *d. rubr.* 13. *q.* 1. *n.* 181., Surd. *de Aliment. tit.* 8. *privileg.* 2. *n.* 3., Sylv. *in Comment. ad hunc* §. *n.* 5.; nam hanc alimentorum cauſam eſſe ſummariam, & de plano & ſummariè tractandam, aſſerunt Molin. *de Primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 75., Surd. *de Aliment. tit.* 8. *privileg.* 2. *n.* 1., Cancer. *lib.* 1. *Var. cap.* 16. *n.* 1. *&* 2., Cardoſ. *in Prax. verb. Alimenta. n.* 5., Valenzuel. *conſ.* 10. *n.* 13., Gratian. *For. cap.* 33. *n.* 22. *&* 23., Salgad. *de Reg. protect. p.* 3. *cap.* 1. *n.* 12. *&* 13.; quod intellige de alimentis præſentibus & futuris, non verò de præteritis, Altimar *ſupr. n* 183.

(c) Diſponitur in hac Ordinatione, quòd probata intentione Actoris ſecundùm actionem in Libello propoſitam, ſi Judices appellationis invenerint non poſſe obtinere ſuper illud, de quo agit, ſed ipſimet Actori proficere aliam actionem fundatam in aliqua ratione in proceſſu jam probata, poſſunt decernere, quòd Actor abſque novo Libello ipſam novam rationem coram ipſis deducat; de quo vide Valaſc. *de Jur. emphyt. q.* 6. *n.* 12. *prop. fin.*, Gam. *dec.* 330. *num.* 2., Fragoſ. *de Regim. Reip. p.* 1. *diſp.* 12. §. 2. *n.* 40., Peg. *For. cap.* 7. *pag.* 569.; & vide ſupr. notata in verb. *Juiz da Alçada achando que o Auctor tem provado ſua tençaõ, ſegundo ſua acçaõ, em ſeu libello intentada, &c.* De Jure verò communi contrarium videbatur dicendum ex Salgad. *de Supplicat. ad Sanctiſſ. p.* 2. *cap.* 8. *per tot.*, Roſ. *conſ.* 23. *ex num.* 32., Hodiern. *Flor. cap.* 12., Poſth. *Reſol.* 93.

Quid autem ſi apponatur in Libello clauſula, *Omni meliori juris modo*, vel *ſola facti veritate inſpecta*, an Actor agens ex una cauſa, & aliam probans poſſit obtinere ex cauſa probata, & non deducta? negativè reſolvit Mend. à Caſtr. *p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 8., Valaſc. *d. q.* 6. *ex n.* 11., Souſ. de Maced. *dec.* 58. *per tot.* Et vide de Materia Hermoſilh. *ad L.* 56. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſ.* 7. *ex num.* 30. *& ſeqq.*, Cancer. *Var. p.* 2. *cap.* 2. *à num.* 258., Gabr. Per. *dec.* 15. *num.* 1., Roſ. *conſ.* 23. *à num.* 38., Poſth. *Reſol.* 93. *n.* 3., Hontalb. *de Jur. ſuperven. q.* 3. *n.* 13. 17. *&* 74., *& q.* 5. *num.* 12. *&* 14., Altimar *de Nullit. ſent. rubr.* 13. *q.* 26. *per tot.*

(d) Concordat Ord. *lib.* 3. *tit.* 48. *in princip.* In cauſis enim ſummariis, in quibus proceditur ſine ſtrepitu Judicii, non requiritur Libellus, Fragoſ. *de Regim. Reip. p.* 1. *diſp.* 12. *n.* 56., Altimar *de Nullit. ſent. rubr.* 13. *quæſt.* 1. *à n.* 90. Ad verb. *Se póde eſcuſar*; denotat hæc expreſſio, quòd ſi pars velit Libellum offerre, poteſt ita facere; nam Ordinatio hoc permittit in verbis, ibi: *Porêm podelo-ha fazer ſe quizer*; ad quæ verba vide ſequentem Notam Senatoris Thom. Pinheir. da Veiga, *Ibi*: ſe quizer: *Igitur ſummarium in favorem alicujus fiet plenarium, ipſo volente, ne in ipſius odium retorqueatur; & ſic intellige in Ord. lib.* 3. *tit.* 48. *in princ.*, *ibi*: naõ conſtrangendo o Auctor; *& quæ in* §. 3. *ibi*: ſem a parte ſer obrigada a vir com Libello; *& diſtingue in* §. *fin. inter ſummarium, quod formam habet, & ubi nec forma, nec figura judicii exigitur; ubi enim nulla forma datur, nec ad formam ſummarii conſtringitur, quando poteſt renuntiari.* Et vide Coſt. *in Styl. Dom. Supplicat. pag.* 178. *verſic. Acçaõ de força.*

(e) Vide ſupr. verb. *Actor na demanda ſobre força, roubo, guarda, depoſito, ou ſoldada, &c.*

(f) Libellus incertus, de quo hæc Ordinatio loquitur, procedit in petitione fructuum, uſurarum, damnorum, expenſarum, & intereſſe, ut deducitur ex hac Ordinatione, & tenet ex Innoc. Cyn. Barthol. & aliis Altimar *de Nullit. ſent. tom.* 2. *rubr.* 13. *q.* 1. *num.* 142. Et quoties ſuper aliquod ex iſtis Libellus proponitur, debet peti certa quantitas, ut declarat hæc Ordinatio; quia Libellus incertus non debet admitti: de quo vide Barboſ. *in rubr. ff. de Solut. matrim. p.* 3. *n.* 45. *in fin.*, Salgad. *de Reg. protect. p.* 4. *cap.* 8. *n.* 300., Auguſt. Barboſ. *in cap. Tertio loco.* 5. *de Probat. n.* 3., Cyriac. *Controv.* 143. *n.* 2. 3. 4. *&* 5., Olea *de Ceſſ. jur. & act. tit.* 6. *q.* 9. *n.* 40., Moraes *de Execut. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 11., ubi conciliat hanc Ordinationem cum alia Ord. *lib.* 3. *tit.* 66. §. 2.

Quod tamen intellige, quando fructus ſingulariter petuntur; ſi enim in Libello petatur aliqua res, quæ debeat reſtitui cum fructibus, non eſt neceſſe, quòd certa quantitas fructuum exprimatur; nam ſi aliquid acceſſorie petatur, & aliud principaliter, non eſt neceſſe acceſſoria ſpecifice exprimere, cum poſtea in executione liquidari poſſit; Gonzal. *in cap. Significantibus.* 2. *de Libel. oblat. n.* 6. *in fin.*, Auguſt. Barboſ. *ad eumdem cap. n.* 4., Altimar *de Nullitat. ſentent. rubr.* 13. *q.* 1. *n.* 139. 142. *&* 144., Moraes *de Execut. d. cap.* 13. *ſub n.* 11. Et idem eſt in aliis judiciis univerſalibus, veluti ſi petatur Eccleſia, non tenetur Actor exprimere omnia, quæ ad ipſam ſpectant; vel ſi petatur caſtrum, oppidum vel Territorium: vel ſi petatur grex, ſingula capita non tenetur exprimere: vel ſi petatur hæreditas, non tenetur ſingulas res deſignare, & ſimilia; ut tenent Gonzal. *in cap.* 2. *de Libel. oblat. n.* 6., Fermoſin. *ad eumdem Text. q.* 1. *n.* 27. *& ſeqq.*, & ibi etiam Auguſt. Barboſ. *n.* 4. *&* 6., Petr. Barboſ. *ad rubric. ff. de Solut. matrim. part.* 8. *n.* 51.

(a) Ex

Libello ſe tem neceſſidade de alguma declaraçaõ, a deve mandar fazer o Juiz, *liv.* 3. *tit.* 20. §. 5.

Libello, que naõ trata de frutos, ſe recebe logo na audiencia, quanto de direito he de receber, *ibid.*

Libello ſe o naõ recebe o Julgador, he caſo de aggravo ordinario, *liv.* 3. *tit.* 84. §. 4.

Libello com clauſula, que levará em conta o que houver recebido, naõ releva da pena ao que pede o que já em ſi tem, *liv.* 3. *tit.* 36. §. 2.

Libello defamatorio; vide. verb. *Cartas defamatorias.*

Libello ſe o Auctor fizer addiçaõ a elle, depois de offerecido, haverá o Reo outro termo para reſponder, *liv.* 3. *tit.* 20. §. 7. (a)

Libello ſendo tal, que por elle naõ póde ter o Auctor acçaõ, póde o Reo razoar por eſcripto contra elle, *ibid.* §. 16. (b)

Libello naõ vindo o Auctor com elle ao termo, para que fez citar o Reo, abſolverá o Juiz o Reo da inſtancia, condemnando ao Auctor nas cuſtas, *ibid.* §. 18. (c)

LIBERDADE ſe póde revogar por ingratidaõ, *liv.* 4. *tit.* 63. § 7. (d)

Liberdade naõ póde revogar o herdeiro pela ingratidaõ feita ao Patrono, *ibid.* §. 9. (e)

LIBERTO naõ póde citar a ſeu Patrono ſem licença, *liv.* 3. *tit.* 9. §. 1. (f)

Liberto, que aceitou procuraçaõ ſem o ſaber, póde citar a ſeu Patrono, como for tutor, ou procurador d'outrem, *ibid.* §. 5. (g)

Liberto naõ póde ſer procurador d' outrem, ſem ter idade de dezaſete annos perfeitos, *ibid.* (h)

Liberto naõ póde demandar a ſeu Patrono como tutor, ou procurador d' outrem, *liv.* 3. *tit.* 9. §. 6.

LICENÇA eſpecial do Julgador he neceſſaria, para que os que accuſaõ, ſe apartem de Juizo, *liv.* 5. *tit.* 124. §. 15 (i)

Licen-

(a) Ex hac Ordinatione rectè deducitur, quòd Libellus poteſt emendari, addi, mutari, corrigi, & detrahi, ſicut placet, ſi res eſt integra, & lis non conteſtata; Barboſ. *in L. Non poteſt videri.* 23. *ff. de Judic. à n.* 30., Mend. *in Prax. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 5., Auguſt. Barboſ. *in L. Edita actio.* 3. *n.* 5. *&* 8. *Cod. de Edend.*, Salzed. *in Theatr. honor. gloſ.* 17. *n.* 25., Salgad. *de Supplicat. p.* 2. *cap.* 8., Berlich. *p.* 2. *concl.* 28. Sed poſt litem conteſtatam jam non poteſt addi, nec emendari abſque facultate Regia, ut contigit in caſu, de quo teſtatur Senator Oliveira in ſequenti Nota: *Concedeo-ſe Alvará firmado pela maõ Real, por Conſulta do Deſembargo do Paço, para ſe reformar hum Libello depois da lide conteſtada, e a cauſa contrariada: e eſtá no feito de Appellaçaõ de Maria da Encarnaçaõ, com Antonio da Cunha apud Notarium Antonio de Aguiar de Villa-Lobos no anno de* 1684. Et quoties Libellus additur, mutatur, vel emendatur, debet Reus novis defenſionibus audiri, ut diſponitur in Ord. *hoc tit.* 20. §. 8., & de Jure tenent Salgad. *de Reg. protect. p.* 4. *cap.* 8. *n.* 22., Hontalb. *de Jur. ſuperven. in Judic. quæſt.* 3., Hermoſilh. *in L.* 56. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſ.* 7. *n.* 37., Cancer. *p.* 3. *Var. cap.* 10. *à n.* 29., Olea *de Ceſſ. jur. & act. tit.* 6. *q.* 9. *n.* 38.

(b) Quando Libellus eſt ineptus, nihil concludens, non debet admitti, & poteſt pars contra illius receptionem opponere, & Judex non debet eum admittere; de quo vide latè Fermoſin. *ad Text. in cap.* 2. *de Libel. oblat. q.* 2. *n.* 12. *& q.* 4. *n.* 1., Altimar *de Nullit. ſent. rubr.* 13. *q.* 1. *ex n.* 106. *& ſeqq.*, Fragoſ. *de Regim. Reip. p.* 1. *diſp.* 12. *ex num.* 46., Mend. à Caſtr. *p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 1, Arouc. *in L. Poſt mortem.* 25. *ff. de Adoption. num.* 13., Gam. *dec.* 206. *n.* 7. *&* 8., Hontalb. *de Jur. ſuperven. q.* 4., Triſtan. *tom* 3. *dec.* 107. *à num.* 32. Et ſi pars oppoſuerit Libellum eſſe ineptum, & Judex hanc exceptionem non admiſerit, poteſt à tali rejectione appellari; Salgad. *de Reg. protect. p.* 2. *cap.* 1. *n.* 41.

Si verò exceptionem receperit, Reumque ab inſtantia abſolverit, poterit Actor appellationem, ſeu gravamen interponere, ut declarat hæc Ordinatio, ibi: *Dando appellaçaõ ou aggravo*; & hoc verbum *aggravo* debet intelligi de gravamine Ordinario, quia ſententia abſolutionis inſtantiæ eſt caſus appellationis; Cabed. *p.* 2. *areſt.* 32. Contrarium tamen videtur ſuadere Ordin. *hoc tit.* §. 18. *&* 22., *& tit.* 14. *in princip.*, ſed ſingula procedunt in ſuis caſibus; & de hoc vide Parex. *de Inſtrum. edit. tit.* 7. *reſolut.* 12. *num.* 34. *&* 38.

Sed nota, quòd licèt Judex propter ineptitudinem Libelli Reum abſolvat ab inſtantia, Actorem in expenſis condemnando, remanet eidem Actori poteſtas repetendi denuò actionem ſuam, & eam rectè inſtituendi; Valenſ. *ad Decret. ad rubr. de Libel. oblat. n.* 3., Fermoſin. *ad Text. in cap.* 2. *de Libel. oblat. q.* 2. *num.* 13., niſi Reus ter ſit abſolutus ab inſtantia, de quo vide Souſ. de Maced. *dec.* 50., Sylv. *in Commentar. ad Ord. lib.* 3. *tit.* 14. *ad princ. n.* 1. *& ſeqq.*

(c) Concordat Ord. *lib.* 3. *tit.* 14., & vide Maced. *dec.* 50. Et probatur ex hac Ordinatione, quòd Actore non comparente in termino, remanet Rei citatio circumducta, ideſt, ſublata; nec poterit Actor iterùm admitti, niſi Reo noviter citato, & refuſis expenſis ab eodemmet Actore; Petr. Barboſ. *in L. Ad peremptorium. ff. de Judic. n.* 5. *& ſeqq.*, Auguſt. Barboſ. *ad Text. in cap.* 1. *de Dolo, & contumac. in Sext. num.* 1. *& ſeqq.*, Fermoſin. *in cap. fin. de Libel. oblat. q.* 4. *n.* 17. *&* 18. Quod tamen intellige, ſi Reus compareat in termino, petens abſolutionem à citatione, & ut Actor in expenſis condemnetur; Pax. *in Prax. tom.* 2. *p.* 1. *n.* 7., Fermoſin. *d. q.* 4. *num.* 18., Petr. Barboſ. *in d. L. Ad peremptorium. ex num.* 144., Sylv. *tom.* 1. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 14. *ad princip. n.* 14.

(d) Vide ſupr. verb. *Doaçaõ ſe póde revogar por cauſa de ingratidaõ.*

(e) Vide ſupr. verb. *Doaçaõ naõ ſe póde revogar pela ingratidaõ do donatario, ſendo fallecido, pedindo-ſe ao herdeiro os bens doados.*

(f) Vide Altimar *de Nullit. ſent. rubr.* 11. *q.* 7. *ex n.* 28., Harppr. *in* §. *fin. Inſtit. de Pœn. temer. litig. & in* §. 12 *Inſtit. de Action. ex n.* 22., Fontanel. *dec.* 447. *&* 448., Ubert. *de Citat. in fin. in tract. de Præparator. pag.* 20.

(g) Vide notata in verb. *Filho, que aceitou procuraçaõ de outrem póde citar a ſeu pay, &c.*

(h) Vide latiſſimè Altimar *de Nullit. contract. tom.* 8. *rubr.* 2. *&* 3. *q.* 1. *ſect.* 1. *n.* 8.; & quæ ſupr. notavimus in verb. *Idade cumprida e perfeita de vinte e cinco annos, habilitada para eſtar em Juizo.*

(i) Diſponitur in hac Ordinatione, quòd abſque licentia Judicis non poteſt accuſator à Judicio diſcedere; quia accuſator debet perſonaliter ſtare in Judicio, cùm in criminalibus non admittatur Procurator, ut declarat Ord. *lib.* 3. *tit.* 7. §. 2., & de Jure tenent Menoch. *de* Arbitr.

Licença, quando ſe dér para levar ouro, prata, e dinheiro fóra do Reyno, he pagando a dizima para Captivos além da dizima da Chancellaria, *liv. 5. tit.* 113. §. 9.

Licença álem do anno para os Juizes, e Eſcrivaẽs dos Orfaõs ſervirem ſolteiros, naõ ſe concede, *Regim. do Paço.* §. 16. (a)

Licença para ſe auſentar da Corte o Eſcrivaõ, naõ ſe concede mais que por tres mezes em cada hum anno, *liv.* 1. *tit.* 24. §. 2. (b)

Licença d'El-Rey he neceſſaria para renunciar o Officio, e de outra maneira perde o vendedor o preço que receber, e mais o dito Officio, e o comprador o naõ póde haver, *liv.* 1. *tit.* 96. (c)

Licença d'El-Rey he neceſſaria para hum ir a Terra de Mouros, *liv.* 5. *tit.* 108.

Licença d'El-Rey he neceſſaria para a Igreja comprar bens de raiz, *liv.* 2. *tit.* 18. (d)

Licença d'El-Rey he neceſſaria para ſe publicar alguma inhibitoria, *liv.* 2. *tit.* 14. (e)

Licen-

*Arbitr. lib.* 1. *q.* 79. *per tot.*, Gom. *lib.* 3. *Var. cap.* 1. *n.* 12., Farinac. *in Prax. crimin. q.* 99. *à n.* 3., Auguſt. Barboſ. *in cap. Veniens.* 15. *de Accuſat. n.* 2., Fermoſin. *in cap. Paſtoralis.* 14. *q.* 3. *n.* 1. *de Judic.*, Peg. *tom.* 13. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 7. §. 2. *n.* 1., Leit. *de Jur. Luſit. tract.* 2. *q.* 10. *n.* 49. *in fin.*

Quam diſpoſitionem amplia 1. in Magiſtratu, qui ſi aliquem velit accuſare, durante Officio, tenetur in Judicio ſtare perſonaliter, ut tenet judicatum Phæb. *p.* 1. *areſt.* 130., niſi fuerit Senator, quia ob privilegium illi conceſſum in Ord. *lib.* 2. *tit.* 59. §. 12., non tenetur perſonaliter ſtare in Judicio, Thom. Vaz *ad Reform Juſt. cap.* 21. *n.* 276.; ſed de hoc vide ſequentem Notam Senatoris Thomé Pinheiro da Veiga, *Ibi*: poſſaõ accuſar, *ſic Illuſtres in cauſis parvis, ut not. ad Ord. lib.* 5. *tit.* 124. §. 15.; *& Reus utetur retroverſione, ut ſimiliter eodem privilegio utatur, ut ibi not. ſcilicet in proviſionibus impetratis, ut accuſet per procuratorem, ex regul. L.* 1. *ff. Quod quiſque jur., ſecùs ubi Illuſtris accuſat per procuratorem ex privilegio L. fin. cod. de Injur. E aſſim o julgamos no aggravo do Corregedor contra os de Pinhel.* Et iterum notat, *Ibi*: ſejaõ obrigados. *Ergo na Côrte accuſaráõ por ſi meſmos, & eſt argumentum, quòd neque Illuſtris accuſat in hoc Regno per procuratorem, ſed per ſe, juxta regulam generalem in Ord. lib.* 5. *tit.* 124. §. 15. *Sed reſpondie, quòd in injuriis quilibet Illuſtris accuſat per procuratorem, in aliis criminibus ſecùs eſt, & ſolùm Senatores ex hoc privilegio extra Curiam admittuntur per procuratorem, & ita hoc privilegium ſolùm in gravibus eſt neceſſarium.*

Amplia 2. in perſonis illuſtribus, qui etiam perſonaliter debent reſidere ad accuſandum de crimine publico, ut refert judicatum idem Phæb. *p.* 1. *areſt.* 132., & tenent Farinac. *in Prax. crimin. q.* 99. *n.* 199. *& ſeqq.*, Fermoſin. *in cap. Veniens.* 15. *de Accuſat. in princip. num.* 9. Amplia 3. in capitulantibus Juſtitiæ Miniſtros in Syndicatu; quia etiamſi non ingrediantur Judicium per viam querelæ, aut denuntiationis, attamen ſi poſtea velint accuſationem proſequi, debent ſtare in judicio perſonaliter, ut tenet judicatum Phæb. *p.* 2. *areſt.* 114. *&* 124. Amplia 4. in minore Tutorem habente, qui debet aſſiſtere perſonaliter cum ipſo Tutore, dummodo minor ſit jam in ætate pubertatis; Farinac. *in Prax. crimin. q.* 99. *ex n.* 15., Mend. à Caſtr. *p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 65., Barboſ. *ad Ord. lib.* 5. *tit.* 124. §. 14. *n.* 2. 4. *&* 5., Coſt. *poſt tract. de Styl. aſſent.* 20. *pag.* 128.

Limita tamen 1. ſuprapoſitam concluſionem, ſi accuſator fuerit notabiliter impeditus, veluti ſi morbo laboret, vel ſimile impedimentum patiatur; Farinac. *d. q.* 99. *n.* 122., Barboſ. *ad Ord lib.* 5. *tit.* 124. §. 14. *num.* 2., Leit. *de Jur. Luſit. tract.* 2. *q.* 10. *n.* 14. Limita 2. ſi accuſator ſit carceratus, quia tunc ſufficit comparere per procuratorem; Farinac. *d. q.* 99. *n.* 134., & probatur ex Ord. *lib.* 5. *tit.* 124. §. 14., *& lib.* 3. *tit.* 7. §. 2.; quod intellige, ſi carceratio non fuerit affectata, & procurata ab ipſo accuſatore, ut à comparendo perſonaliter ſe excuſet; Farinac. *in Prax. crim. q.* 34. *à n.* 87. *& q.* 99. *n.* 296., Mend. à Caſtr. *p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 67.

Limita 3. ſi accuſator habeat reſcriptum Principis ad accuſandum per procuratorem, quia tunc non tenetur ſtare in Judicio perſonaliter; Thom. Valaſc. *alleg.* 67. *n.* 57., Leit. *de Jur. Luſit. tract.* 2. *q.* 10. *num.* 14., & probatur ex Ord. *lib.* 1. *in Regim. Senat. Palat.* §. 77.; tenetur tamen in primo termino comparere; Cabed. *p.* 1. *areſt.* 17., Thom. Valaſc. *d. alleg.* 67. *num.* 58., Barboſ. *ad Ord. lib.* 5. *tit.* 124. §. 14. *n.* 5. *verſic. In aliis tamen caſibus.*, Peg., *tom.* 13. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 7. §. 2. *n.* 7. *in fin.* Si tamen pars cum exceptione ſubreptionis proviſionem impediat, ſuperſedendum eſt in illius executione, & interim debet Accuſator ſtare in Judicio; Phæb. *part.* 2. *areſt.* 176, Barboſ. *ad Ord. lib.* 2. *tit.* 43. *n.* 10., Leit. *tract.* 2. *d. q.* 10. *n.* 8., Peg. *tom.* 13. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 7. §. 2. *n.* 7.

Limita 4. in mulieribus, quæ non tenentur ſtare in Judicio perſonaliter, dummodo fidejuſſorem præſtent, ut diſponitur in Ord. *lib.* 5. *tit.* 124. §. 16., Valaſc. *ad Reformat. Juſt.* §. 21. *n.* 276., Ægid. *de Privileg. honeſtat. artic.* 2. *n.* 18. Et nec tenentur in primo termino comparere, ut tenet judicatum Phæb. *p.* 2. *areſt.* 167. Alias limitationes vide apud Farinac. *d. q.* 99. *ex n.* 66., Thom. Vaz *ad Reformat. Juſtit. cap.* 21. *ex n.* 276., Addition. ad Phæb. *part.* 2. *dec.* 139., Ferreir. *in Prax. crimin. tom.* 3. *cap.* 7. *ex num.* 10.

(a) Vide ſupra verb. *Eſcrivaõ dos Orfaõs naõ ſe lhe concede licença para ſervir ſolteiro, álem do anno.*

(b) Huic diſpoſitioni videtur obſtare alia Ordinatio *hocmet Tit.* §. 5., ubi non poſſunt Notarii abeſſe ultra octo dies. Sed conciliabis, quòd poſſunt abeſſe per tres menſes cum facultate Judicis, & Rectoris, relicto Subſtituto; quia ſine Officiali non debet Officium eſſe ultra octo dies; quod confirmatur ex Ord. *lib.* 1. *tit.* 27. §. 8. *in fin.*, ubi fit hæc differentia inter abſentiam brevem, in quo caſu alius non datur, qui pro abſente ſcribat.

(c) Renuntiari non poſſunt Officia abſque ſpeciali licentia Regis, ut diſponitur in hac Ordinatione; de quo vide Reynoſ. *obſerv.* 5. *n.* 27., Cabed. *p.* 2. *dec.* 24. *n.* 5., Gam. *dec.* 29. *n.* 1., Portug. *de Donat. p.* 2. *cap.* 13. *num.* 36., Arouc. *alleg.* 66. *n.* 1., Pinheir. *de Cenſ. diſp.* 1. *ſect.* 5. §. 8. *n.* 77., Fragoſ. *de Regim. Reip. p.* 1. *diſp.* 2. §. 2. *n.* 124. Et hanc licentiam ad renuntianda Officia facilè concedi dicit Carvalh. *in cap. Raynaldus de Teſtam. p.* 4. *cap.* 1. *num.* 98.

Quid autem, ſi habens facultatem nominandi, ſeu renuntiandi Officium, decedat, non facta nominatione, an nominaſſe videatur hæredem univerſalem ex teſtamento, vel ab inteſtato? vide Giurb. *obſerv.* 110., Montan. *de Regalib. offic. n.* 50., Rocc. *de Offic. rubr.* 3. *de Officior. ampliat. n.* 50., Fragoſ. *de Regim. Reip. d.* 1. *diſp.* 13. §. 11. *num.* 321.

Quid verò ſi habens facultatem renuntiandi, ſeu nominandi, poſſit nominare fœminam? vide Giurb. *d. obſerv.* 110. *à n.* 15., Galeot. *reſponſ. Fiſcal.* 12. *à n.* 116., Valaſc. *conſ.* 129. *n.* 11. *&* 12., Rocc. *de Officiis, rubr.* 3. *de Officior. ampliat. n.* 39., Montan. *de Regalib. Offic. n.* 17., Fragoſ. *d. diſp.* 13. *n.* 319. *&* 322. Et an ſaltem abſque Regis licentia poſſit in Officio conſtitui cenſus? vide Pinheir *de Cenſ. diſp.* 1. *ſect.* 5. §. 8. *à n.* 76. Cætera vide in verb. *Eſcrivaõ naõ póde vender, traſpaſſar, nem renunciar o Officio ſem eſpecial licença d'El-Rey.*

(d) Vide ſupra verb. *Bens de raiz naõ podem comprar, nem poſſuir por outro titulo as Igrejas, e Ordens ſem licença d'El-Rey.*

(e) Vide verb. *Inhibitorias naõ ſe podem publicar ſem licença d'El-Rey.*

(a) Vide

Licença d'El-Rey he neceſſaria para ſerem citados os Concelhos, e Juizes, *liv.* 3. *tit.* 8. (a)

Licença d'El-Rey he neceſſaria para ſe imprimir algum livro, *liv.* 5. *tit.* 102. (b)

Licença d'El-Rey he neceſſaria para ſe pedir alguma eſmóla, *liv.* 5. *tit.* 103. (c)

Licença d'El-Rey he neceſſaria para ſe levar ouro, e prata para fóra do Reyno, *liv.* 5. *tit.* 113. §. 9.

Licença do Juiz he neceſſaria para citar o filho ao pay, ou genro a ſogra, ou liberto ao patrono, *liv.* 3. *tit.* 9. § 1. (d)

LIMPEZA da Cidade, ou Villa pertence aos Almotaceis, *liv.* 1. *tit.* 68. §. 18 (e)

LINHO naõ ſe póde levar fóra do Reyno, *liv.* 5. *tit.* 112. §. 6.

LIQUIDAÇAÕ de ſentença ſe pode fazer na execuçaõ, aſſim como de fructos, e intereſſes, *liv.* 3. *tit.* 66. §. 2. (f)

Liqui-

(a) Vide ſupra verb. *Citado naõ póde ſer o Concelho, nem outro Julgador temporal, ſem licença d'El-Rey.*

(b) Vide ad materiam Cened. ad Decretal. *Collectan.* 8. *n.* 7., Concil. Trident. *ſeſſ.* 4. *in Decret. de Edit. & uſu ſacror. libror.*, & ibi Auguſt. Barboſ. *ex n.* 3., ubi plures refert. Et quòd hæc Lex non procedat in libris Clericorum, tenet Fermoſin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ, de Conſtitution. q.* 3. *ex n.* 19., ſed contrarium ſervatur in hoc Regno.

Ad hanc Ordinationem vide ſequentem Notam Senatoris Oliveira. *Ad hunc tit.* 102. *vide optimas Leges Caſtellæ apud Salzed. ad Leg. Recopilat. L.* 32. *&* 33. *tit.* 7. *lib.* 1. *& adverte, que os Deſembargadores do Paço naõ coſtumaõ vêr, nem examinar os Livros, mas os mandaõ vêr, e examinar por algum Miniſtro, ou por outra alguma peſſoa conforme a materia de que trataõ os Livros, e ſe lhes obedece, aindaque as peſſoas ſejaõ grandes Fidalgos, ou Titulos. Succedeo porém que ſabindo neſte Reyno impreſſo o Livro das Addiçoẽs de Roxas com algumas doutrinas contra o Direito do Reyno, quanto á ſua obſervancia; acudi a requerer antes que ſabiſſe, e ſe vendeſſe; e ſe mandou ao Impreſſor que o emendaſſe; e aſſim ſe fez, e elle me entregou todas as folhas, em que eſtavaõ as doutrinas erradas, e as mandei queimar, menos as que já ſe tinhaõ dado de propina aos do Conſelho géral do Santo Officio, e aos Deſembargadores do Paço; e de tudo fiz auto, que remetti ao meſmo Tribunal em* 15. *de Dezembro de* 1688. *E por Alvará em fórma de Ley de* 16. *de Novembro de* 1623. (o qual eſtá na Ord. liv. 5. tit. 102. Coll. 1. n. 1.) *ſe ordena que tambem os Livros, que vierem impreſſos de fóra naõ corraõ ſem licença do Deſembargo do Paço. E os que fallaõ contra os direitos da Coroa ſe prohibem com penas de degredo, e pecuniarias, como ſe fez ácerca do tom.* 11. *do Cardeal Baronio, por fallar contra o que El-Rey de Caſtella tem em Sicilia; por Ley de* 19. *de Fevereiro de* 1611. *no liv.* 7. *da Relaçaõ, fol.* 210. *verſ., e contra Baronio eſcreveo Menoch. de Juriſdict. lib.* 3. *cap.* 17., *Solorzan. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *à n.* 76. Et vide aliud Decretum, quod eſt in Ord. *lib.* 5. *tit.* 102. *Coll.* 2. *n.* 1.; & infr. verb. *Livros naõ ſe podem imprimir ſem licença d'El-Rey.*

(c) Vide quæ ſupr. notavimus in verb. *Eſmola ſe naõ póde pedir para invocaçaõ alguma ſem licença d'El-Rey*; & ultra Doctores ibi citatos, vide Cardoſ. *in Prax. verb. Eleemoſyna. n.* 2., Auguſt. Barboſ. *in cap. Tuarum.* 11. *de Privileg. num.* 18., & Extravag., quam habes in Ord. *lib.* 5. *tit.* 103. *Coll.* 1. *n.* 1., de cujus materia vide Arouc. *in L. Juris præcepta.* 10. *ff. de Juſt. & Jur. n.* 8. *in med.* Et Judex Eccleſiaſticus poteſt punire Quæſtores ſeculares falſas eleemoſynas petentes; Bovadilh. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 43., Auguſt. Barboſ. *in cap. Tuarum.* 11. *de Privileg. num.* 20.

Nota verò, quòd mendicantes validi, qui veris pauperibus debitas eleemoſynas è faucibus eripiunt, pœnam furti incurrunt Berlich. *part.* 4. *concl.* 44. *num.* 31., & ideo dicta Extravagans juſtè decrevit, quòd ſine licentia, & examine nemo poſſit mendicare. Et etiam Quæſtor, qui eleemoſynam fraudat, aut ſurripit, & in ſuos uſus impendit, furtum committit, Cortiad. *deciſ.* 106. *n.* 33.

(d) Vide ſupr. verb. *Citaçaõ feita ao pay, ſogro, ou padraſto, &c.*; & verb. *Filho familias póde demandar a ſeu pay, &c.*

(e) Vide ſupr. verb. *Almotacés fazem alimpar a Cidade, ou Villa, &c.*

(f) Antequam ad executionem procedatur, debet fieri liquidatio fructuum, intereſſe, & expenſarum, in quibus Reus per ſententiam condemnatus eſt, ut probatur ex hac Ordinatione, *& lib.* 3. *tit.* 86. §. 1. *&* 2.; nam abſque liquidatione executio fieri nequit; & ſi de facto ad eam procedatur, nullitati locus eſt; Cyriac. *controv.* 222. *n.* 1., Carleval *de Judic. tit.* 3. *diſp.* 3. *num.* 42., Mend. *in Prax. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 21. *&* 108., Moraes *de Execut. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 9., Reynoſ. *obſerv.* 45. *n.* 21., Peg. *For. cap.* 5. *pag.* 399. *col.* 2. *in med.*, Guerreir. *tract.* 4. *de Rat. reddend. lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 5., & latè *lib.* 8. *cap.* 8. *à n.* 1. *& ſeqq.*, Sylv. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 86. §. 2. *n.* 18. *&* 27.

Et adverſùs executionem ſententiæ poteſt opponi hæc exceptio defectus liquidationis, quæ admittitur in iiſdem actis, & ſuſpendit executionem; Salgad. *de Reg. protect. p.* 4. *cap.* 10. *ex n.* 58., Card. de Luc. *de Judic. diſc.* 33. *à n.* 38., Peg. *For. d. pag.* 399. *col.* 2. *verſic. Et quid.*, Guerreir. *tract.* 4. *de Ration. reddend. lib.* 8. *d. cap.* 8. *n.* 7., Sylv. *ad Ord. tit.* 86. *d.* §. 2. *n.* 18. Et nota, quòd ad inchoandam liquidationem debet neceſſariò pars citari; Faria *ad Cov. lib.* 2. *Var. cap.* 11. *n.* 7., Mend. à Caſtr. *p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 8., Thom. Vaz *alleg.* 76. *n.* 26., Arouc. *alleg.* 40. *n.* 13., Moraes *de Execution. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 102., Guerreir. *de Ration. reddend. d. lib.* 8. *cap.* 9. *n.* 9., Sylv. *ad Ord. d.* §. 2. *n.* 38.

Et per viam regulæ fieri debet liquidatio in domicilio debitoris condemnati: Mend. à Caſtr. *p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 8., Peg. *tom.* 2. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 8. §. 10. *gloſ.* 12. *n.* 1., Moraes *de Execut. lib.* 6. *cap.* 11. *n.* 15., Guerreir. *de Ration. reddend. lib.* 8. *cap.* 9. *n.* 5. Quæ expendenda erit per articulos, quando materia aliter liquidari non poſſit; Mend. à Caſtr. *p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 7., Peg. *de Interdict. majorat. poſſeſſ. cap.* 11. *n.* 855., Guerreir. *de Ration. reddend. d. cap.* 9. *n.* 1. *&* 2., Sylv. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 86. §. 2. *n.* 5., & probatur ex Ord. *lib.* 3. *tit.* 86. §. 19. Et poſt Rei contrarietatem non admittitur amplius replicatio, nec triplicatio, ut probatur ex eadem Ord. *d.* §. 19., Mend. à Caſtr. *p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 5., Phæb. *p.* 2. *areſt.* 9. *verſic. Advertendum.*, *& dec.* 159. *n.* 1., Moraes *de Execut. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 107., *& lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 25., Peg. *de Interdict. majorat. poſſeſſor. cap.* 11. *n.* 860., ubi tradit judicatum, Guerreir. *de Ration. reddend. lib.* 8. *cap.* 9. *n.* 5., Sylv. *tom.* 1. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 20. §. 19. *n.* 14., Cordeir. *tract.* 4. *de Interdict. dub.* 43. *à num.* 44.

Articuli autem formandi ſunt juxta tenorem ſententiæ, itaut in liquidatione nihil ultra judicatum tractari debeat; Salgad. *de Reg. protect. p.* 4. *cap.* 10. *num.* 31., Mend. à Caſtr. *p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 5., Peg. *de Majorat. cap.* 4. *n.* 40., *& de Interdict. majorat. poſſeſſor. cap.* 11. *n.* 828., Guerreir. *de Ration. reddend. d. cap.* 9. *n.* 19., Sylv. *ad Ord. d. tit.* 86. §. 2. *n.* 16. Et poſtquam deducta fuerit per articulos liquidatio, tenetur Actor probare materiam in illis contentam: ſed cum liquidatio ſit difficilis probationis, ſufficiunt leviores probationes, & per conjecturas probari poteſt; Card. de Luc. *tit. de Judic. diſc.* 33. *n.* 58., Conciol. *alleg.* 2. *n.* 47. *&* 48., Poſth. *de Subhaſtat. dec.* 37. *n.* 11. *&* 12., Guerreir. *tract.* 1. *de Inventar. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 126., *& tract.* 4. *de Ration. reddend. lib.* 8. *cap.* 9. *num.* 52., Sylv. *ad Ord. d. tit.* 86. §. 2. *n.* 26. Et facta probatione Judex profert ſententiam ad executionem faciendam ſuper liquido, à qua appellari non poteſt ſuſpenſivè; Salgad. *de Reg. protect. p.* 4. *cap.* 10. *n.* 28., Garc. *de Expenſ. cap. fin.*

*n.* 28.,

Liquidaçaõ de ſentença ſe faz por artigos, e contrariedade a elles ſem mais outra couſa, e em tudo ſe procede ſummariamente, *liv.* 3. *tit.* 86. §. 19. (a)

LIQUIDA ha de ſer a divida para ſe compenſar, *liv.* 4. *tit.* 78. §. 4. (b)

LITIGANTE, que faz demanda ſobre bens de raiz, e nega ſer caſado, por naõ trazer procuraçaõ de ſua mulher, o feito proceſſado até eſſe tempo he nullo, e tem pena de perjuro, *liv.* 3. *tit.* 47. §. 2.

Litigante, que injurîa a ſeu Juiz, álem da pena, lhe naõ póde pôr ſuſpeiçaõ, *liv.* 3. *tit.* 21. §. 26. (c)

Litigante, que fere, ou manda ferir a ſeu adverſario, perde o direito que tinha na demanda, e paga o dobro da injuria, *liv.* 5. *tit.* 42.

Litigante, que promette alguma couſa a ſeu Juiz, ou Official, perde o direito que tinha, e he applicado á parte, *liv.* 5. *tit.* 71. §. 4.

Litigante, que naõ quer aſſignar a repoſta que deu, ou a confiſſaõ que fez, aſſigna o Eſcrivaõ, *liv.* 1. *tit.* 24. §. 19. (d)

Litigante, que impetra Carta de rogo para o Juiz de ſeu feito, paga vinte cruzados para a outra parte, e mais as cuſtas, *liv.* 3. *tit.* 98. (e)

Litigante, que requer algum Julgador das Relaçoẽs ou Official, que procure em juizo por elle, ou fóra de juizo, que advogue por eſcripto, tem a meſma pena, que o que impetra Carta de rogo, *liv.* 3. *tit.* 28. §. 3.

LITIGAR naõ póde o homem caſado ſobre bens de raiz ſem outorga de ſua mulher, *liv.* 3. *tit.* 47. (f)

LITIGIOSA ſendo alguma couſa, naõ ſe póde alhear, nem vender, *liv.* 4. *tit.* 10. (g)

Litigioſa

*n.*28., Parlador. *lib.*2. *Rer. quotidian. cap.fin. p.*1. § 12. *n.*32., judicatum refert Mend. à Caſtr. *p* 1. *lib.*3. *cap.*21. §.2. *n.*5. *&* 6., *& cap.* 19. *n.* 9., Phæb. *dec.* 159. *num.* 5., Peg. *For. cap.* 15. *n.* 49., ubi judicatum tenet, & *n.* 54., Guerreir. *de Ration. reddend. lib* 8. *cap.*8. *n.*26., *& cap.*9. *n.* 97.

Hoc tamen procedit, quando Reus liquidatus appellat; nam ſi Actor liquidans appellationem interpoſuerit, recipietur in utroque effectu, tam devolutivo, quàm ſuſpenſivo; Phæb. *dec.* 159. *n.* 7. *&* 8., Peg. *For. d. cap.*15. *n.*62., Guerreir. *de Ration. reddend. d. cap.*9. *n.*98. Et habebit etiam effectum tantummodò devolutivum, quando Judex exceſſerit modum in executione; Peg. *ſupr. n.* 55. *&* 72., Salgad. *de Reg. protect. d. cap.*10. *à n.*31. Et quomodo Judex excedat modum, vide latiſſimè Guerreir. *d. cap.*9. *à n.*100. *cum multis ſeqq.* Cætera quæ ad materiam poſſunt occurrere, vide apud Doctores hìc relatos.

(a) Materiam hujus Legis plenè in concluſione ſupra proximè tractavimus, & ibi vide.

(b) Vide Doctores relatos in verb. *Compenſaçaõ de quantidade incerta, e naõ liquida, para haver lugar na divida certa e liquida, &c.*, & ultra eos vide Guerreir. *de Ration. reddend. lib.*8. *cap.*8. *n.*18.

(c) Vide infr. verb. *Suſpeiçaõ naõ póde pôr ao Julgador aquelle que lhe diſſer, ou fizer alguma injuria, &c.*

(d) Vide ſupr. verb. *Confiſſaõ, que a parte faz ha de aſſigna-la; e ſe a naõ quer aſſignar, &c.*

(e) Vide ſupr. verb. *Carta de rogo, e de recommendaçaõ ſe algum litigante houver para deſpacho de ſeu feito, &c.*

(f) Maritum non poſſe ſtare in Judicio abſque conſenſu uxoris ſuper bonis ſtabilibus diſponit hæc Ordinatio, & probatur etiam ex Ord. *lib.* 1. *tit.* 79. §. 22., *& lib.*3. *tit.*63. §.1., *& tit.*70. §. 4., Cald. *de Extinct. emphyt. cap.*1. *num.*26., *& de Empt. & vend. cap.*1. *n.*9., Valaſc. *de Jur. emphyt. q.*5. *n.* 6., *& q.* 29. *n.* 6., Phæb. *dec.* 62. *n.* 8., Peg. *tom.*6. *ad Ord. lib.*1. *tit.* 79. §.22. *gloſ.*24. *n.*1., Guerreir. *tract.*2. *de Diviſion. lib.*6. *cap.*2. *num.*51., Sylv. *in Commentar. ad hunc* §. *n.*1. Et hic conſenſus non ſufficit tacitus, ſed debet eſſe expreſſus, ut latè multis juribus probant Guerreir. *d. cap.* 2. *n.* 5., Sylv. *ubi ſupr. n.* 3., quos vide, quia materiam hujus Legis pleniſſimè illuſtrant. Quæ autem dicantur bona immobilia ad effectum hujus Legis, vide latiſſimè eundem Guerreir. *d. cap.* 2. *à n.*7., Sylv. *ubi ſupr. ex n.*26., Portug. *de Donat. tom.*1. *p.*2. *lib.*1. *cap.*26. *à n.*77., Berlich. *p.*3. *concl.*33.

Et an maritus ſuper aliqua Dignitate, vel Titulo, poſſit in Judicio litigare abſque conſenſu uxoris? vide ſequentem Notam Senatoris Oliveira: *Duvidou-ſe, ſe procedia a diſpoſiçaõ deſte titulo da Ordenaçaõ, quando o marido litigar ſobre algum titulo de Conde, Marquez, ou Duque: inclino-me para a parte affirmativa; porque he hum Direito incorporal de huma Dignidade perpetua por toda vida, a qual ſe participa á mulher; e muito mais ſem duvida, porque neſte Reyno os taes titulos tem ſeus aſſentamentos, que he huma renda nos Almoxarifados das Alfandegas, que ſaõ tenças em vida dos Titulares; e por eſte fundamento, quando naõ houvera outro, procede claramente eſta Ordenaçaõ, viſto o principio della.*

(g) Res litigioſa alienari non poteſt, & ſi de facto alienetur, alienatio nulla eſt, ut diſponitur in hac Ordinatione; & tenent Doctores, quos ſupra retulimus in verb. *Couſa litigioſa naõ ſe póde traſpaſſar, nem a acçaõ ſobre ella.* Quod amplia 1., ut nec favore piæ cauſæ litigioſa res alienari poſſit, *L. fin. cod. de Litigioſ.*, Farinac. *in Fragm. p.*2. *litt.* L. *n.*242., Lancellot. *de Attentat. p.*2. *cap.*4. *in præfat. num.* 454., Auguſt. Barboſ. *in cap.*1. *de Confirmat. util. vel inutil. n.* 12. Amplia 2. ut nec Favore Fiſci alienari poſſit res litigioſa; *L. Reſque.*, §. *Lites. ff. de Jur. Fiſc.*, L.1. *& per tot. cod. Ne fiſcus, vel Reſpublic.*, Cyriac. *controv.*533. *n.* 49. *&* 50., Auguſt. Barboſ. *in* L. 1. *n.* 3. *& L.*2. *n.*3., *& L.* 3. *num.* 2. *cod. Ne Fiſcus, vel Reſpubl.* Amplia 3., ut nec donari poſſit res litigioſa; Lancellot. *de Attentat. d. cap.* 4. *in præfat. num.* 455., Farinac. *in Fragm. litt.* L. *n.* 237., Gratian. *For. cap.* 781. *n.* 17. *&* 21., Auguſt. Barboſ. *in cap.*1. *de Confirmat. util. vel inutil. n.*9.

Sed limita 1. hanc tertiam ampliationem, ſi donatio fiat cauſa dotis; poſtulat enim utilitas publica, ut mulieres facilius nubere poſſint; Ordin. *hoc tit.*10. §.11., Lancellot. *d. p.*2. *cap.*4. *in præfat. n.*464., Farinac. *in Fragm. litt.* L. *n.* 253., Auguſt. Barboſ. *in d. cap.* 1. *de Confirmat. util. vel inutil. n.* 21., Valaſc. *conſ.*113. *n.*2., Petr. Barboſ. *in* L. 1. *p.*7. *n.*45. *verſic. Prout valet.*, *ff. de Solut. matrim.*

Limita 2. dictam tertiam ampliationem in donatione ante nuptias; Ord. *hoc tit. d.* §.11., idem Lancellot. *p.*2. *d. cap.*4. *in præfat. n.*466., Creſp. *de Valdaur. obſerv.*107. *n.*13., Farinac. *in Fragm. litt.* L. *n.*234., Auguſt. Barboſ. *in d. cap.*1. *de Confirm. util. vel inutil. n.*22. Limita 3. eamdem tertiam ampliationem in donatione cauſa mortis, quæ ultimæ voluntati æquiparatur, ut ex Rot. *dec.* 103. *n.* 8. *part.*3. *Recent*, & ex Cyroch. *diſcept.* 47. *ſub n.* 49., tenet Cortiad. *p.* 4. *dec.*275. *n.* 3. *in fin.*

Limita 5. in donatione facta ad patrimonium, ut teſtatur judicatum Senator Joan. Alvar. da Coſta in ſequenti

Litigioſa ſendo alguma couſa, ſe faz nella execuçaõ, *liv.* 4. *tit.* 10. §. 9. (a)

Litigioſa couſa ſe póde dar em nomeaçaõ, *ibid.* §. 11. (b)

Litigioſa couſa ſe póde deixar por legado, *ibid.* (c)

Litigioſa naõ he a couſa, cuja poſſe ou ſervidaõ ſe demanda, *ibid.* §. 1. (d)

Litigioſa ſe faz huma couſa, quando ſe móve demanda ſobre ella, *ibid.* §. 2. (e)

Litigioſa couſa ſe póde partir, e fazer della partilha, *ibid.* §. 11. (f)

Litigioſa couſa ſe póde dar em dote, *ibid.*(g)

LIVRE por ſentença d'El-Rey, ou de ſeus Julgadores em qualquer caſo, que mereça pena corporal, naõ póde ſer mais accuſado, *liv.* 5. *tit.* 131. (h)

Livre de algum crime por ſentença, póde ſer accuſado pela parte, que naõ foi citada, *ibid.* §. 1. (i)

Livre

quenti Nota ad hanc Ord. in §. 11., ibi: *Idem na doaçaõ feita para patrimonio judicavimus; quia à pari procedunt*, *Ventigriol. in Prax. annot.*42. §.1. *n.*21.

Amplia 4., ut ſicut res litigioſa non poteſt alienari, ita etiam non poteſt obligari, nec hypothecari, nec in pignus tradi; ex *L.* 1. §. *fin.*, & ibi *gloſ. ff. Quæ res pignor. obligar. poſſunt*; Farinac. *in Fragm. d. litt. L. n.*238., Lancellot. *de Attentat. d. cap.* 4. *in præfat. n.*456., Cancer. *p.* 2. *Var. cap.* 12. *n.*46., Portug. *de Donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 38 *ſub n.* 16., Auguſt. Barboſ. *in cap.* 1. *n.* 10. *de Confirmat. util. vel inutil.*

Amplia 5., ut nec locari poſſit res litigioſa ad longum tempus; Lancellot. *de Attentat. d. cap.* 4. *limit.* 1. *n.*59., Cancer. *p.*2. *Var. d. cap.*12. *n.*47., Auguſt. Barboſ. *d. cap.* 1. *de Confirm. util. vel inutil. n.*27., Portug. *de Donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 38. *n.* 27. & 28.; poterit tamen locari ad modicum tempus, ut declarant Doctores ſupra relati.

Amplia 6., ut nec etiam titulo permutationis res litigioſa alienari poſſit; Lancellot. *d. cap.* 4. *in præfat. n.*449., Farinac. *in Fragm. d. litt. L. n.*239., Auguſt. Barboſ. *in d. cap.* 1. *de Confirm. util. vel inutil. n.*11. Amplia 7., ut nec titulo cujuslibet contractus litigioſa res alienari poſſit; ex *L.* 2., & *L.* 4. *Cod. de Litigioſ.*, Farinac. *d. litt. L. num.* 240., Faria *ad Cov. lib.* 2. *Var. cap.* 16. *n.* 72., Portug. *de Donat. d. cap.* 38. *n.* 26. *in fin.* Hæ ſunt principales ampliationes hujus concluſionis, quæ tamen plurimis caſibus limitatur.

Et primò limitatur in alienatione rei litigioſæ ex cauſa tranſactionis. Secundò in alienatione ex cauſa diviſionis faciendæ inter cohæredes. Tertiò in alienatione ex cauſa legati, vel fideicommiſſi. Quartò in alienatione facta ſub conditione in tempus, quo res deſierit eſſe litigioſa. Quintò in alienatione rei mobilis tempore perituræ, interveniente Judicis facultate. Sextò in alienatione ex cauſa neceſſaria. Septimò, quando lis eſt injuſta, & calumnioſa. Octavò, quando res eſt litigioſa coram Arbitris de conſenſu partium. Quas limitationes percurrunt, & illuſtrant Farinac. *in Fragm. litt. L. ex n.*253., Auguſt. Barboſ. *in cap.* 1. *de Confirmat. util. vel inutil. ex n.*18., Cancer. *p.*2. *Var. cap.* 12. *ex n.*48., Portug. *de Donat. p.* 3. *cap.* 38. *ex n.* 71., Cortiad. *dec.* 275. *ex n.* 17., Sylv. *tom.*4. *ad Ord. lib.*4. *tit.*10. §.3. *ex n.* 24.

(a) Decernitur in hac Ordinatione, quòd alienata re litigioſa, ſi poſtea feratur ſententia contra alienantem, poterit recta via fieri executio contra illum, in quem alienatio facta fuerit; & ita tenent Doctores relati in verb. *Execuçaõ ſe faz contra a peſſoa, a quem foi vendida, eſcambada, ou doada a couſa litigioſa, &c.*; de quo vide etiam Reynoſ. *obſerv.* 6. *n.* 21., Gratian. *For. cap.* 502. *n.*37., Solorzan. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.*2. *cap.* 28. *n.* 102. 103. & 104., Capyc. Latr. *dec.*170. *n.* 18. *lib.* 2., Creſp. de Valdaur. *obſerv.*170. *n.* 12., Cancer. *p.* 2. *Var. cap.* 12. *n.* 17. & 18., & *p.*3. *cap.*17. *n.*163. Quia alienatio rei litigioſæ non transfert dominium, nec poſſeſſionem in emptorem, ad quem ipſa res litigioſa translata fuit; Noguerol *alleg.*19. *n.*138., Salgad. *in Labyrinth. credit. p.*1. *cap.*14. *n.*15., Valenzuel. *conſ.*19. *n.*43., & *conſ.*111. *n.*12. & 13.; & ideo non poteſt impedire executionem; nec appellare ſuſpenſivè, ſed tantummodò devolutivè; Parlador. *Rer. quotidian. lib.* 2. *cap. fin. p.*4. §.15. *n.* 2., Valenzuel. *conſ.* 111. *n.* 38. & 39. *tom.* 2., Cortiad. *dec.*257. *n.*75., qui latè hanc concluſionem pertractat.

(b) Si per nominationem deferatur ſucceſſio alicujus rei, ipſaque res litigioſa facta ſit, nihilominus nominatio fieri poteſt abſque vitiò litigioſi; ut diſponitur in hac Ordinatione; de qua vide Cabed. *p.*1. *dec.* 120. *n.* 18., Souſ. de Maced. *dec.* 61. *n.* 28., Portug. *de Donat. p.* 3. *cap.* 38. *n.* 76. Et etiam renovatio peti poteſt, lite pendente, Cabed. *d. dec.*120. *n.*18., Gabr. Per. *dec.*25. *n.*14., Portug. *d. n.* 76. Et poteſt à Domino declarari caducitas, lite pendente; Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Var. caducitat. q.*13. *n.* 2.

(c) Ex cauſa legati poteſt alienari res litigioſa, ut declarat hæc Ordinatio, & probatur ex *L. fin. cum gloſ. verb. Legati*, *Cod. de Litigioſ.*, Farinac. *in Fragm. p* 2. *litt. L. n.* 261., Creſp. de Valdaur. *obſerv.* 107. *à n.* 8., Portug. *de Donat. tom.* 2. *p.* 3. *cap.* 38. *n.* 72. *verſic. Et inſuper.*, Cortiad. *dec.*275. *n.*21., Sylv. *ad Ord. lib.*4. *hoc tit.*10. §.3. *n.*34., & *in Commentar. ad hunc* §. *n.* 4., ubi declarat.

(d) Declarat hæc Ordinatio, quòd non eſt litigioſa res, quando lis pendet ſuper jure in corporali actione negatoria, vel confeſſoria reſpectu alicujus ſervitutis; de quo vide Farinac. *in Fragm. litt. L. n.* 288., Solorzan. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.*2. *cap.*28. *n.*106. *in princ.*, Cancer. *p.*2. *Var. cap.*12. *n.* 12., Cortiad. *dec.*275. *n.* 57., Sylv. *ad Ord. lib.*4. *hoc tit.* 10. *in princip. n.* 13.

(e) Ad materiam hujus Ordinationis vide plenè Cortiad. *dec.*275. *à n.*49., Portug. *de Donation. lib.*3. *cap.*38. *à num.* 17.

(f) Poteſt fieri alienatio rei litigioſæ ex cauſa diviſionis faciendæ inter cohæredes, ut declarat hæc Ordinatio; & de jure probatur ex *L. fin. verſic. Exceptis. cum gloſ. verb. Diviſionis. Cod. de Litigioſ.*, de quo vide Creſp. de Valdaur. *obſerv.*107. *n.* 13., Portug. *de Donat. p.* 3. *cap.* 38. *n.*72., Auguſt. Barboſ. *in cap.* 1. *de Confirmat. util. vel inutil. n.*23., Cortiad. *dec.* 275. *n.* 20., Sylv. *lib.*4. *ad Ord. tit.*10. §. 1. *n.*38.

(g) Vide ſupr. verb. *Litigioſa ſendo alguma couſa naõ ſe póde alhear, &c.* in verſic. *Sed limita* 1.

(h) Vide ſupr. verb. *Accuſado naõ ſerá mais pelo crime o que foi livre por ſentença, &c.* Et ultra Doctores ibi citatos vide Auguſt. Barboſ. *in cap.*6. *de Accuſat. n.*1., Valenzuel. *conſ* 145. *n.* 1. & 2., Thom. Vaz *alleg.*13. *n.*96., Oliva *de For. Eccleſ. p.*2. *q.* 28., Farinac. *in Prax. crimin. tit.* 1. *q.* 4. *ex n.*1., Guazin. *de Defenſ. reor. def.*2. *cap.*7. *à n.*1., qui variis ampliationibus, & limitationibus noſtram concluſionem illuſtrant.

Nota tamen, quòd ſemel punitus in foro Eccleſiaſtico, poteſt pœna temporali iterum puniri; de quo vide Farinac. *in Prax. crimin. lib.* 1. *tit.* 1. *q.* 4. *n.* 7., Gom. *tom.*3. *Var. cap.*1. *n.*40., Covarr. *lib.*2. *Var. cap.*10. *num.*6., Sperel. *dec.*92. *per tot.*, Auguſt. Barboſ. *ad Text. in cap. De his.* 6. *de Accuſat. n.*2., Cirin. *in Nex. rer. Eccleſ. cap.*7. *ſect.*2. *n.*79. Quod intellige, ſi delictum fuerit miſti fori, ut declarant ſupra relati Doctores. Sed limita, ſi ſimiles, & non diſpares ſint pœnæ; quia tunc nequit alter Reum inquietare, niſi ſufficienter non fuerit punitus; Covarr. *d. cap.*20. *n.*6., Cirin. *d. cap.*7. *ſect.*2. *n.*80., Peg. *tom.*8. *ad Ord. lib.* 2. *tit.* 3. *ad princ. gloſ.* 2. *num.* 12.; & de materia vide latiſſimè Cortiad. *dec.* 269. *ex n.* 8.

(i) Ad materiam hujus Ord. vide Phæb. *p.* 1. *dec.* 9. *per tot.* Et vide infr. verb. *Parentes até o quarto gráo, naõ ſendo citados, podem accuſar ao que foi livre de alguma morte.*

(a) Vide

Livre ſobre fiança, tanto que o feito he concluſo para final na mayor alçada, ſe ſe moſtrar pelo feito, que merece ſer condemnado, tornará a ſer preſo, *liv.* 5. *tit.* 132. §. 1. (a)

Livre ſobre fiança he obrigado a apparecer nas audiencias, e ſeguir os termos dellas como os Seguros, *liv.*5. *tit.*123. §. 1. (b)

Livre ſobre fiança, que ſe chama ás Ordens he logo preſo, *ibid.* §. 2. (c)

Livre por conluyo, ou falſa próva, póde ſer outra vez accuſado, e preſo, *liv.* 5. *tit.* 131. (d)

Livre ſobre fiança he obrigado á emenda, ſatisfaçaõ, e cuſtas, que forem julgadas á parte, ſem embargo da fiança ſer applicada ao Hoſpital, *liv.* 5. *tit.* 132. (e)

LIVRAR-SE por procurador naõ póde ninguem em feito crime, *liv.* 5. *tit.* 117. §. 21. (f)

LIVRAMENTO de culpas feito por conluyo, ou falſa próva, como ſerá emendado. *liv.* 5. *tit.* 58. §. 2. (g)

LIVRO ha de ſer aſſignado, e numerado pelo Julgador, *liv.*1. *tit.*79. §. 29., *e liv.*5. *tit.* 115. §. 9.

Livro, que eſtá na Torre do Tombo, e as ſentenças nelle regiſtadas, fazem fé, *liv.*1. *tit.* 23. §. 2. (h)

Livro ha de ſer aſſignado, e numerado pelo Corregedor dos degradados, *liv.*5.*tit.*143. §. 11.

Livro

(a) Vide Thom. Vaz *ad Reformat. Juſtit.* §. 3. *num.*27. Sed non procedit hæc diſpoſitio in illis, qui ſe liberantur ſub fidejuſſoribus, vulgò *Sobre ſieis Carcereiros*; Phæb. *p.* 2. *areſt.*134.

(b) Rei, qui in Judicio ab aliqua accuſatione ſe defendunt, ſeu liberantur cum Charta ſecuritatis, vel Reſcripto fidejuſſionis, tenentur perſonaliter comparere in Auditorio, ut diſponitur in hac Ordinatione, qua concordat Ord. *lib.*5. *tit.*124. §.20., & ad materiam vide Cabed.*p.*1.*dec.*67., Phæb. *p.* 2. *dec.*131. *à n.*3., Thom. Vaz *alleg.*67. *à n.*26.; & quæ latè diximus in verb. *Licença eſpecial do Julgador he neceſſaria, para que os que accuſaõ, &c.* Quod amplia etiamſi Reus ſit perſona illuſtris, vel minor, quia adhuc tenentur perſonaliter comparere; ut ſupra diximus in d. verb. *Licença eſpecial do Julgador, &c.*

Et nota ſufficere, quòd Reus unico termino non compareat, ad hoc ut ſtatim poſſit in carcere detrudi, ut patet ex hacmet Ordinatione: debet tamen jubente Judice fieri terminus per Scribam in actis, in quo declaretur fractam eſſe Rei ſecuritatem, Phæb. *part.* 1. *areſt.*107., Leit. *de Jur. Luſit. tract.*2. *q.*10. *n.*16., Mend. *in Prax. p.*2. *lib.*5. *cap.*1. *n.*28.

(c) Vide verb. *Chamando-ſe ás Ordens algum Reo, que ſe livraſſe ſobre fiança, &c.*

(d) Abſolutus, qui ſemel fuit ab aliquo crimine, non poteſt iterum propter idem crimen regulariter accuſari. Hæc concluſio firmatur in hac Ord. *lib* 5. *tit.*131., quam ſtatim limitat in caſu, quo Reus à crimine liberetur per colluſionem, ſeu falſam probationem, quia tunc accuſatio iterum admittenda eſt, ut etiam de jure extat diſpoſitum in *L.*3. *ff. de Prævaricator. & L.*3. §. *Si tamen plures. ff. de Liber. homin. exhibend.*, Covarr. *lib.*2. *Var. cap.*10. *verſic. Secundò, tunc demum.*, Gom. *lib.*3. *Var. cap.*1. *n.*26., Farinac. *in Prax. crimin. lib.*1. *tit.* 1. *q.*4. *n.* 13., Auguſt. Barboſ. *in cap. fin. de Colluſ. deteg. n.* 1., & ibi etiam Gonzal. *n.*1. *& n.*5., Thom. Vaz *alleg.*60. *n.*9.

Colluſio autem eſt quædam pactio inter actorem & Reum, ad hoc ut crimen, ſeu ejus probationes non detegantur; ut tenet Farinac. *in Prax. crimin. q.* 4. *n.*14., Brunem. *ad Pand. in L.*1. *ff. de Colluſ. detegend. n.*1., Auguſt. Barboſ. *ad Text. in cap. Cum clerici.* 11. *de Cenſib. n.*3., *& in cap. Audivimus.* 3. *n.* 4., *& in cap. fin. n.*1. *de Colluſ. detegend.* Et cum ſit difficilis probationis, ſufficiunt conjecturæ ad illam probandam; Maſcard. *de Probat. concl.* 322. *n.*1., Auguſt. Barboſ. *in cap. fin. de Colluſ. detegend. num.*2., Card. de Luc. *de Fideicommiſ. diſc.* 170. *n.* 3., Farinac. *in Prax. d. q.*4. *n.*19.; & unicam tantùm ſuſpicionem ſufficere dicit Auguſt. Barboſ. *in d. cap. fin. de Colluſ. detegend. n.*6.

Conjecturæ autem, quibus probari poteſt colluſio, ſunt: Prima, ſi inter Actorem & Reum poſt litem conteſtatam incipiat familiaritas, ſeu frequens converſatio; idem Barboſ. *in d. cap. fin. de Colluſ. detegend. n.* 6., Maſcard. *de Probat. d. concl.*322. *n.*3. *&* 4., Farinac. *d. q.*4. *n.*19., Gom. *lib.*3. *Var. cap.*1. *n.*26., qui tamen limitant, quando Accuſator eſt perſona integræ famæ.

Sed cum hæc Ordinatio loquatur de immobilibus, venit dubitandum: An ſuper mobilibus poſſit uxor agere in judicio abſque viri conſenſu? Et pro parte negativa pugnat Ægid. *in L. Ex hoc jure. d. cap.* 7. *n.* 57. *in fin.*, dicens, quòd ex receptiſſima, generalique Regni conſuetudine, mulier non poteſt eſſe in judicio tam circa immobilia, quàm mobilia abſque mariti conſenſu; quod etiam comprobat Phæb. *dec.* 180. *num.* 12., Cabed. *p.* 1. *dec.* 106. *ſub n.* 4., Sylv. *in Comment. ad hanc Ordin. in princ. n.* 8. Ex quo infertur, quòd cum uxor non poſſit in judicio agere ſine conſenſu viri, non poteſt adverſùs eam currere præſcriptio; de quo vide Faria *ad Covarr. lib.* 1. *Var. cap.* 8. *à n.* 48. *&* 53., Vela *diſſertat.* 9., Tondut. *Reſolut. civil. p.* 2. *cap.* 182.

Limitatur autem hæc principalis concluſio quoad uxorem in multis caſibus, quos videre poteris in verb. *Mulher naõ póde litigar em Juizo ſobre bens de raiz ſem procuraçaõ de ſeu marido.* Et quoad maritum limita concluſionem in principio ſupra poſitam, quando matrimonium fuerit judicio Eccleſiæ ſeparatum, bonaque fuerint diviſa; quia tunc poterit maritus abſque conſenſu uxoris agere in judicio; Mend. à Caſtr. *p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 13., Gam. *dec.* 357. *num.* 2., Guerreir. *de Diviſion. lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 103., Sylv. *in Comment. ad hanc Ord. in princip. n.* 11. Et alias limitationes vide apud Guerreir. & Sylv. *in loc. ſupr. citatis.*

(b) Renuente uxore injuſtè conſenſum præſtare marito ad litigandum in judicio, poterit Judex illum præſtare, cauſa cognita, ut declarat hæc Ord.: de quo vide Oleam *de Ceſſ. jur. & action. tit.* 3. *q.* 8. *n.* 21., Ægid. *in L. Ex hoc jure. p.* 2. *cap.* 7. *n.* 58., Guerreir. *de Diviſion. lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 110., à quo Judicis decreto poterit uxor appellare, ſi juſtam habeat non conſentiendi cauſam; ſicut de marito dicit Olea *d. q.* 8. *n.* 21. *in fin.*

(c) Permittit hæc Ordinatio, quòd maritus poſſit corrigere, & caſtigare propriam uxorem. Sed hoc debet intelligi de correctione, ſeu caſtigatione moderata; de quo vide Doctores relatos in verb. *Caſtigar póde o marido a mulher, &c.*, quibus adde Guerreir. *tract.* 2. *de Diviſ. lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 71.; & ſi ex hac verberatione naſcatur abortus, non ex eo punitur maritus, maximè ſi neſciebat mulierem eſſe prægnantem, ut ex aliis tenet Altimar *de Nullit. tom.* 8. *rubr.* 2. *q.* 1. *ſub n.* 202. *pag.* 134. *col.* 1. *verſic. Maritus*; tenebitur tamen ſi immaniter, crudeliterque mulierem verberet; nam mulier ſi fuerit vulnerata, poterit adverſùs maritum querelam intentare coram Judice; Phæb. *p.* 2. *areſt.* 155., Barboſ. *ad Ord. lib.* 5. *tit.* 117. §. 1 *n.* 1., *& tit.* 38. §. 1.

Et ſi propter hanc crudelem verberationem uxor abeat à domo mariti, & extra domum committat adulterium, non poterit maritus eam accuſare, ut tenent plurimi Doctores, quos laudat Fragoſ. *de Regim. Reip. p.* 1. *in Introduct. prœmial.* §. 1. *ſub n.* 14. *verſic. Addunt.*; ſed ille contrarium ſequitur, & dicit procedere dictam opinionem, ſi maritus ad finem committendi adulterium uxorem expellat à domo.

(d) Matrimonio contracto in hoc Regno abſque pacto, omnia bona communicantur inter maritum & uxorem, æqualiterque dividuntur, poſtquam matrimonium fuerit inter eos diſſolutum: ita diſponitur in hac Ordinatione; de quo vide Ægid. *in L. Ex hoc jure. p.* 2. *cap.* 7. *ex num.* 45., Cabed. *p.* 1. *dec.* 183. *n.* 2., Fragoſ. *de Regim. Reip. p.* 3. *diſp.* 5. §. 4. *n.* 51., Souſ. de Maced. *dec.* 21. *n.* 4., Almeid. *de Num. Quinar. cap.* 23., *& alleg.* 4., Valaſc. *de Partit. cap.* 5. *à n.* 1. *cum ſeqq.*, Gabr. Per. *dec.* 53. *n.* 1. *&* 2., Phæb. *dec.* 169. *n.* 19., Peg. *For. cap.* 8. *n.* 27., Guerreir. *tract.* 2. *de Diviſion. lib.* 6. *cap.* 1. *ex n.* 18. *cum ſeqq.*, *& lib.* 7. *cap.* 15. *ex n.* 3., quod etiam probatur ex Ord. *lib.* 4. *tit.* 47. *in princ.*, *& tit.* 65. *in princ.*, *& tit.* 95. *in princ.*, *&* §. 3. *&* 4.

Quæ communicatio conjugalis procedit non ſolùm circa bona in Regno exiſtentia, ſed etiam circa bona ſita extra Regnum, ſive mobilia, ſive immobilia, ut dicit & comprobat Guerreir. *de Diviſ. lib.* 7. *cap.* 15. *n.* 5. Quamvis contrarium quoad immobilia defendat Giurb. laudatus ab eodem Guerreir. *d. cap.* 15. *n.* 6., Oliv. *de For. Eccleſ. p.* 3. *q.* 4. *à n.* 10. Et extende hanc communicationem ad bona, quæ mulier acquiſierit ex adulterio, vel meretricio quæſtu, ignorante marito, ut latè probat Guerreir. *d. cap.* 1. *n.* 28. *& ſeqq.*, & ita fuiſſe judicatum memorat Senator Joan. Alvar. da Coſt. in ſequenti areſto. *Nota, que na Cauſa de Diogo Nunes contra o Conde de S. Lourenço Martim Affonſo de Mello, como Teſtamenteiro de Iſabel de Andrade a Marceneira, mulher que foi pública, ſe julgou que havia communicaçaõ dos adquiridos illicitamente per turpem quæſtum.*

Limita tamen hanc noſtram principalem concluſionem, quando matrimonium contrahitur cum muliere quinquagenaria filios ex alio matrimonio habente; quia tunc bona non communicantur, ut patet ex Ord. *lib.* 4. *tit.* 105., Cabed. *p.* 1. *dec.* 114. *ex n.* 1., *& dec.* 150. *n.* 3., Arouc. *in L.* 9. *ff. de Stat. homin. n.* 143., Gam. *dec.* 320. *n.* 3., Valaſc. *conſ.* 103. *n.* 10., *& conſ.* 190. *n.* 2., Themud. *dec.* 329. *à num.* 6., Fragoſ. *de Regim. Reip. p.* 3. *lib.* 6. *diſp.* 9. §. 20. *n.* 9., Guerreir. *tract.* 2. *de Diviſion. lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 110. *& ſeqq.* Si tamen quinquagenaria filios non habuerit, non obtinebit locum hæc noſtra limitatio; Fragoſ. *de Regim. Reip. d. diſp.* 9. §. 20. *n.* 8., Phæb. *dec.* 93. *n.* 7., Peg. *For. cap.* 8. *n.* 17., Guerreir. *d. cap.* 1. *n.* 124.; & ita fuiſſe judicatum teſtatur Senator Joan. Alvar. da Coſta in ſequenti Nota: *Naõ tendo filhos, naõ tem lugar eſta Ley, Barboſ. hìc n.* 5., *Gam. dec.* 320., *Cabed. dec.* 114., *e ſe julgou nas partilhas de D. Franciſca de Mello, viuva do Deſembargador Manoel Bicudo com ſeus enteados.* Et de hoc vide infra verb. *Mulher viuva, que caſa de cincoenta annos, &c.*

Limita 2. in matrimonio hominis liberi cum ancilla, vel è contra, in quo non datur communicatio bonorum; Cabed. *p.* 1. *dec.* 150. *n.* 3., Ægid. *in L. Ex hoc jure. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 12., Barboſ. *ad Ord. lib.* 4. *tit.* 46. §. 1. *num.* 18.,

Guer-

Marido, e mulher ſaõ meeiros, ſendo caſados por palavras de preſente,e havendo entre elles cópula carnal, *liv.*4.*tit.*46.§.1.(a)

Marido, e mulher communicaõ os bens, ſe eſtiverem em caſa teûda, e manteûda em pûblica voz, e fama de caſados, *ibid.* §. 2. (b)

Marido póde levar os renovos, e rendas da couſa apenhada pelo dote, até que ſeja delle pago, ou ſe diſſolva o matrimonio, *liv.* 4. *tit.* 67. §. 1. (c)

Marido ſó póde accuſar de adulterio, *liv.* 5. *tit.* 25. §. 3. (d)

Marido, que perdoa á mulher, que lhe cometteo adulterio, e accuſa o adultero, elle naõ morre morte natural, mas ſerá degradado para ſempre para o Braſil, *ibid.* §. 4. (e)

Marido, que achar a ſua mulher em adulterio, a póde matar a ella, e ao adultero, *liv.* 5. *tit.* 38. (f)

Marido póde matar a ſua mulher, e adultero, poſto que os naõ ache em adulterio, *ibid.* §. 1. (g)

Marido,

Guerreir. *de Diviſ. d. cap.*1.*n.*132. Limita 3. in matrimonio contracto cum cognatis vel affinibus; quia cum ſit matrimonium inceſtuoſum, non communicantur bona inter contrahentes, imò applicantur Fiſco; ex Ord.*lib.*2. *tit.* 26. §. 22., de quo vide Cabed. *p.* 2. *dec.* 50., Gam. *dec.*352., Fragoſ. *de Regim. Reip. p.*1. *lib.*3.*diſp.*5.§.3.*n.*26., Portug. *de Donat. Reg. p.* 3. *cap.* 35. *per tot.*, Guerreir. *de Diviſion. lib.*6. *d. cap.*1. *n.*169.

Limita 4. in dote, quam ſponſus conſtituit ſponſæ pauperi, mediante diſpenſatione S. Pontificis, quæ dicitur dos ex cauſa oneroſa, & non communicatur cum marito, ſed remanet præcipua ejuſdem uxoris; Sanch. *de Matrimon. lib.* 6. *cap.* 7. *n.* 7., Gabr. Per. *dec.*39. *n.* 2., Ægid. *in L. Ex hoc jure. p.*1. *cap.*11. *n.* 82. quamvis contrarium tenet Arouc. *alleg.* 71. Et vide plures alias limitationes apud Guerreir. *d. lib.*6. *cap.*1. *ex num.* 97. *cum pluribus ſeqq.*, ubi materiam pleniſſimè elucidavit.

(a) Vide ſupr.notata verb.*Cópula carnal ſe requer para a communicaçaõ dos bens entre marido e mulher*; & ultra Doctores ibi citatos vide latè Guerreir. *tract.*2. *de Diviſion.lib.*6. *cap.*1. *n.*97., Fragoſ. *de Regim. Reip. p.*3. *lib.*2. *diſp.* 5. §. 4. *n.*54., Molin. *de Juſt. & jur. tract.*2. *diſp.*422. *n.* 3. Et an ſufficiat copula ante matrimonium? negativè reſolvit Barboſ. *in rubr. ff. de Solut. matrim. p.* 2. *n.* 107., dicens, quòd ad effectum communicandi bona, requiritur copula matrimonialis; at illa, quæ præceſſit matrimonium, dicitur fornicaria & illicita, per quam non poteſt dici matrimonium conſummatum, quod etiam tenet Cald. *Receptar. ſentent. lib.*1. *q.*17. *n.* 11., Fragoſ. *de Regim. Reip. p.*3. *d. diſp.*5. §. 4. *n* 54. *verſic. Unde non datur.*

Affirmativè autem tenet judicatum Gam. *dec.* 124., ubi reſpectu mulieris ægrotantis in lecto, ibique nubentis, & intra breve ſpatium morientis, deciſum fuit, quòd ſi copula jam præceſſerat, ſufficiebat ad communicationem bonorum; Guerreir. *de Diviſion. lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 100. ubi dicit, quòd ſecundùm praxim hujus Regni ſufficit copula præcedens.

(b) Ex hac Ordinatione rectè probatur, quòd etiam in matrimonio putativo datur communicatio bonorum inter conjuges; de cujus materia vide Gam. *dec.*89., & *dec.* 220., Fragoſ. *de Regim.Reip.p.*3.*lib.*2. *diſp.*5. §.4. *n.*59., Molin. *de Juſt. & Jur. tract.*2. *diſp.*422. *n.* 7., Cancer. 3. *p. Var. cap.*11. *n.*113., Gom. *in L.*50. *Tauri. n.*56., Valaſc. *de Partition. cap.* 6. *n.* 17., Oleam *de Ceſſ. jur. & act. tit.* 4. *q.*8. *n.* 8., Peg. *For. tom.* 1. *cap.* 8. *n* 28., ubi refert judicatum; Guerreir. *de Diviſion. lib.*6. *cap.*1. *n.*19. & 20. Matrimonium enim putativum ejuſdem ferè effectus eſſe, atque verum, & legitimum matrimonium probatur ex Ord. *lib.*5. *tit.* 26., de quo vide Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. cap.*1. *gloſ.*1. *ex n.*27., & *gloſ.* 4. *ex num.*61., & *cap.*16. *gloſ.*2. *ex n.*6., Oleam *de Ceſſ. jur. & act. tit.*4. *d. q.* 8. *n.*10., Gonzal. *ad Text. in cap.*2. *Qui filii ſint legit.*, Aquil. *ad Rox. de Incompatibil. p.* 1. *cap.* 4. *ex num.* 7., Peg. *ad Ord. tom.* 7. *pag.*151. *ex n.* 101. *cum multis ſeqq.*

Et filii ex hoc matrimonio procreati veri, & legitimi reputantur, quoad ſucceſſionem parentum, dummodò adſit bona fides inter contrahentes; de quo vide infra verb. *Partilha ſe deve fazer, quando fallecer o marido ou mulher, que forem caſados, entre os filhos, que delles ficarem, &c.* Et etiam ſuccedunt in fideicommiſſis, & majoratibus; Molin. *de Primogen. lib.*3. *cap.*1. *n.*5., Peregrin. *de Fideicommiſſ. artic.*24. *n.*62., Mantic. *de Conjectur. ultim. volunt. lib.*11. *tit.* 8. *n.* 24., Caſtilh. *lib.* 2. *Controv. cap.* 11. *ex num.* 9., Fajard. *in tract. de Legitimat. per ſubſeq. matrimon. membr.* 4. *n.* 231., Fuſar. *de Subſtit. q.* 410. *per tot.* Et faciunt deficere conditionem *Si ſine filiis*, ut latè oſtendit Fuſar. *d. q.*410. *ex num.*1., & tenent ferè omnes ſupra citati DD.

(c) De materia, & ratione hujus Legis, ultra ea quæ adduximus in verb. *Apenhada alguma couſa pelo dote promettido ſe podem levar os renovos e rendas, &c.*; vide latiſſimè Auguſt. Barboſ. *in cap. Salubriter.* 16. *de Uſur. per tot.*, Hermoſilh. *tom.*1. *tit.*1. *part.*5. *L.*10. *gloſ.*4. *ex n.*149., ubi vaſtiſſimè hanc concluſionem ampliat, & limitat; Gratian. *For. cap.*143. & 244., Rocca *cap.*118., qui rem benè diſputat circa uſuras dotis viduæ non reſtitutas; de quo vide plurimas controverſias apud Gobium *dec.* 127., Conciol. *ad Stat. Eugub. lib.*2. *rubr.* 47. *per tot.*, Antonel. *de Tempor. legal. lib.*2. *cap.*21., Berſſan. *de Viduis cap.*2. *q.*8., Boſſius *de Dote cap.*20., Conſtantin. *ad Statut. Urb. annot.*34. *artic.* 2., Peg. *tom.* 2. *ad Ord. pag.* 270., ubi latè de uſuris dotis; & etiam, an & quando fidejuſſor dotis ad eas teneatur; quem vide, & *tom.*11. *ad Ord. ex pag.*572. & *ſeqq.*, videndus etiam Guerreir. *de Inventar. lib.* 3. *cap.*12. *ex n.*47., Cancer. *p.*2. *Variar. cap.*9. *n.*159. & *ſeqq.*, & *p.*3. *cap.* 7. *n.*55., Surd. *de Aliment. tit.*1. *q.* 42. *in initio*, Fontanel. *de Pact. nuptial. clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *p.*15., & *clauſ.* 6. *gloſ.* 2. *p.* 6., Mantic. *de Tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.*8. *num.*19., Boſſ. *de Dot. cap.* 20. §. 2. *ex num.* 41., ubi latiſſimè cum variis quæſtionibus hanc materiam pertractat.

(d) Vide ſupr. notata verb. *Accuſar ſó póde o marido em caſo de adulterio*; & verb. *Crime de adulterio ninguem póde accuſá-lo ſenaõ o marido.* Et ultra DD. ibi citatos vide Molin. *de Juſt. & Jur. tract.*3. *diſp.*47. *n.*11., Fragoſ. *de Regim. Reip. p.*3. *lib.*3. *diſp.*6. §.2. *n.*52. Et nota, quòd ſi maritus fuerit uxoris leno, non poteſt eam accuſare, nec dimittere, etiamſi ea non emendetur, & ad meliorem frugem reducatur; Fragoſ. *de Regim. Reip. part.*1. *lib.*2. *diſp.*4. §. 16. *num.*181.

(e) Vide ad hanc Ordinationem Bajard. ad Clar. §. *Adulterium. à n.*14., & ſupr. verb. *Eſcandalo para ſe evitar ſe perdoa ao adultero a pena de morte, &c.*, & ex hac Lege probatur, quòd remiſſio obtenta ab uno ex complicibus prodeſt ſocio ad temperandam pœnam, Marinis *lib.*1. *reſol.*160. Quid autem ſi adulter ſit condemnatus, aut abſolutus, an ejuſmodi ſententia proſit, vel noceat adulteræ, vel è contra? vide Text. *in L. Denuntiare.*17. §. *Quæritur.*; & *L. Adulter.* 19. §. *Nupta. ff. Ad L. Jul. de Adulter.*, Conciol. *in Reſolution. crimin. verb. Abſolutio.*, *reſolut.*2., Arouc. *alleg.*92. *n.*8.

(f) Vide ſupra notata verb. *Homicidio feito ao adultero pelo marido, que o achou com ſua mulher, he licito.*

(g) Vide ſupr. verb. *Homicidio feito pelo marido ao adultero he licito, naõ ſó quando o acha no adulterio, mas tambem quando tem certeza de que lho fez, &c.*

Marido, que próva o adulterio a ſua mulher, póde licitamente matá-la, *liv.* 5. *tit.* 38. (a)

Marido, que mata a ſua mulher, naõ provando o adulterio, tem pena de morte; e os herdeiros da mulher venceráõ os bens do marido, *ibid.* §. 3. *e* 4.

Marido para matar ſua mulher, ou o adultero, póde levar ajuda comſigo, *ibid.* §. 5. (b)

Marido de feito, e naõ de direito ſe for ſabedor do impedimento, porque o matrimonio naõ era valioſo, naõ poderá matar a mulher, por lhe cometter adulterio, mas poderá accuſar o adultero, o qual haverá a pena de morte, *liv.* 5. *tit.* 26. (c)

Marido plebeo naõ póde matar ao adultero Nobre, Fidalgo, ou Deſembargador, que achar em adulterio com ſua mulher, *liv.* 5. *tit.* 38. (d)

Marido póde chamar de *Dom* a ſua mulher, ſe ſua mãy delle o teve, *liv.* 5. *tit.* 92. §. 7. (e)

Marido, que fiou a outrem nas rendas d'El-Rey ſem outorga da mulher, fica obrigado em todos os bens móveis, e nos de raiz, em quanto á ametade, *liv.* 4. *tit.* 60. (f)

Marido, que toma renda d'El-Rey, ou outra qualquer, e dá á fiança ſeus bens ſem outorga da mulher todos os bens do marido, e mulher, aſſim móveis, como de raiz, ficaõ brigados ao arrendamento, *ibid.* (g)

Marido, que toma renda d'El-Rey ſem conſentimento da mulher, e dá á fiança ſeus bens, naõ obriga os da mulher, ſe caſáraõ fóra do coſtume do Reyno, *ibid.*

Marido, que fia nas rendas d'El-Rey ſem outorga da mulher, que caſou por contrato dotal, naõ ſe fará execuçaõ na ſua ametade, *ibid.*

Marido,

(a) Vide notata in loco ſupra proximè citato.

(b) Vide ſupr. verb. *Homicidio quando o marido o fizer a ſua mulher, ou ao adultero, levando comſigo algumas peſſoas, &c.*, & adde Matth. *de Re crimin. controv.* 11. *num.* 42.

(c) Probatur ex hac Ordinatione, quòd adulterii pœna habet locum, etiamſi matrimonium putativum, & nullum ſit; de quo vide Farinac. *in Fragm. verb. Extenſio. n.*15., *& in Prax. crimin.q.*142. *à n.*16., Petrus Barboſ. *in L.*2. *ff. de Solut. matrimon. in princ. n.*94. *&* 95., Auguſt. Barboſ. *in Vot. deciſiv. lib.* 3. *Vot.*114. *n.* 20., Sanch. *de Matrimon. lib.*10. *diſp.*8. *n.* 7., Larrea *dec.*33. *n.*12., Fragoſ. *de Regim. Reip. p.* 3. *lib.* 3. *diſp.* 6. §. 3. *n.* 66., Altimar *de Nullit. ſentent. rubr.* 8. *q.* 15. *n.* 6., qui omnes DD. ſupra relatos tranſcripſit ex Olea (eo non citato) *de Ceſſ. jur. & act. tit.* 2. *q.* 5. *n.*7.

Si tamen in hoc caſu maritus accuſationem contra uxorem inſtituat propter adulterium ab ea commiſſum, mulier autem excipiat de nullitate matrimonii, & petat hujus exceptionis remiſſionem ad Judicium Eccleſiaſticum, an debeat fieri remiſſio, ut Judex Eccleſiaſticus poſſit incidenter de nullitate matrimonii cognoſcere? vide Oleam *de Ceſſ. d. tit.* 2. *q.* 5. *ſub n.* 7. *verſic. Sed nunc breviter.* Et nota, quòd maritus non poteſt in hoc caſu occidere adulteros etiam in flagranti delicto repertos, ut probatur ex hac Ordinatione; de quo vide Fragoſ. *de Regim. Reip. d. diſp.*6. §.3. *ſub n.*66. *verſic. Reſpondetur ſecundo*, Arias de Meſa *lib.* 3. *cap.* 21. *&* 22. *n.* 15. *&* 16.: quod puto intelligendum, quando maritus conſcius erat impedimenti; & vide Barboſ. *in L.* 2. *in princ. à n.* 64. *ff. de Solut. matrimon.*, Gom. *in L.* 80. *Taur. num.* 48.

(d) Vide notata in verb. *Homicidio feito ao adultero pelo marido, que o achou com ſua mulher, &c.* propè finem.

(e) De hac denominatione de *Dom* agunt Phæb. *dec.* 16. *& dec.* 17., Portug. *de Donat. tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 17. *à n.*69., Souſ. de Maced. *dec.*107. *n.*5., Peg. *For. tom.*3. *cap.*35. *n.*530., Guerreir. *de Privileg. Familiar. cap.*5. *n.*35., Garcia *de Conjugal. acquæſt. n.* 27., ubi dicit, quod ex antiquiſſima Hiſpanarum legum, veteriſque juris obſervatione fœminæ nobiliores honoris cauſa *Dominæ* dicuntur, & abbreviato verbo *Dominæ*, ſunt vocatæ *Donæ*, quod eſt nobilioribus pronomen honoris cauſa, veluti *Dona Maria.*

Vide etiam Leges Extravag., quas habes in Ord. *lib.*5. *tit.* 92. *Coll.*1. *n.* 2. *&* 3., ubi hæc Ordinatio emendatur, & declaratur, decernendo, quòd tantummodo poſſint uti hoc cognomento perſonæ clariſſimæ, & mulieres, atque filiæ illuſtrium, vulgò *filhados nos livros d'El-Rey*, quod extenditur etiam ad mulieres, & filias eorum, qui vocantur *Fidalgos de geraçaõ, e Cota de armas*, ut decrevit Senatus in quadam ſententia, de qua recordatur Senator Joan. Alvar. da Coſt. in ſequenti Nota: *Tambem os Fidalgos de geraçaõ, e Cota de armas podem dar Dom a ſuas mulheres; & accepi ita judicaſſe Senatum, refert Villas boas*: Extenditur etiam ad uxores, & filias Judicum Forenſium, ut refert Landim *de Syndicat. cap.* 23. *n.* 4., nam Judices Foranei dicuntur nobiles, & clariſſimi, Moraes *de Execut. lib.* 4. *cap.*8. *n.*10.

Quid autem ſi mulier, cui competit cognomentum de *Dom*, matrimonio ſe copulavit viro ignobili, an illud amittat? negativè reſolvit Phæb. *dec.*17., Addition. ad Reynoſ. *obſerv.*3. *n.*3., Fragoſ. *de Regim. Reip. p.*1. *lib.*3. *diſp.*6. §. 10. *n.* 184., dicens mulierem nobilem plebeo nubentem, non omninò amittere nobilitatem ſuam nativam, quam antea habebat. Sed affirmativè reſolvit Gutierr. *in Prax. crimin. q.*134. *n.*4. *& n.*15., Guerreir. *de Privileg. Familiar. cap.*5. *n.*35.

(f) Vide ſupr. notata verb. *Contrato, em que o marido for fiador ſem outorga de ſua mulher, naõ ficaõ nelle obrigados os bens da meaçaõ da meſma mulher.*

(g) Vide notata in loco ſupra proximè citato, in verſic. *Declara tamen.* Et nota, quòd ex hac Ordinatione videtur probari res dotales eſſe obligatas pro conductionibus vectigalium per maritos factis; quod eſt contra Tit. *Ne uxor pro marito*; neque poteſt dici favore eſſe Fiſci, quia id ipſum diſponit Ordinatio in quibuſcumque aliis conductionibus, ut ibi: *Ou outras quaeſquer*; & contra Fiſcum pro dote tenet judicatum Mend. à Caſtr. *p.*2. *lib.*3. *cap.*21. *n.* 78., & reſpondet ad hanc Ordinationem, dicens non procedere, quando dos conſtituitur, ut de Jure communi; ſed hoc eſt contra verba Ordinationis. Unde cum Molina veriùs reſpondet Arouc. *in L.* 9. *ſub n.* 46. *ff. de Stat. homin.*, dicens hanc Ordinationem non loqui de bonis dotalibus, ſed de bonis extra dotem communibus, ut ſunt lucra, & quæſtus, quæ manent obnoxia, niſi aliter in contractu dotis conventum ſit.

(a) Ad

Marido, que ficou por fiador de outro ſem outorga da mulher, naõ póde por tal fiança obrigar amétade dos bens della, *liv.* 4. *tit.* 60. (a)

Marido, e mulher ſaõ meeiros nos afforamentos perpetuos, *liv.*4.*tit.*96.§.24. (b)

Marido póde revogar a doaçaõ feita á ſua mulher, *liv.* 4. *tit.* 65. (c)

Marido, que fez doaçaõ a ſua mulher, tendo depois filhos, fica a doaçaõ revogada, *ibid.* (d)

Marido, que fez doaçaõ á mulher, ſe morrer abinteſtado ſem herdeiros legitimos, fica a doaçaõ confirmada, *liv.*4. *tit.*65.§.1. (e)

Marido, que faz doaçaõ dos bens móveis ſem outorga de ſua mulher, ſe deſcontará na ſua parte, ſeparado o matrimonio, *liv.* 4. *tit.* 64. (f)

Marido póde fazer doaçoẽs remuneratorias dos bens móveis ſem conſentimento de ſua mulher, ſalvo ſe forem immenſas, *ibid.* (g)

Marido

(a) Ad verb. *Sem outorga da mulher.* Ex hac Ordinatione poteſt inferri per argumentum à contrario ſenſu, quòd ſi uxor conſenſerit, valebit fidejuſſio quoad ſuam partem; ſed negatur hæc illatio, quia argumentum à contrario ſenſu non procedit, quando reſultat correctio alicujus Legis, ut tenet Mantic. *de Tacit. & ambig. lib.*2. *tit.*14. *n.*25., Caſtilh. *de Uſufruct. lib.*1. *cap.*54. *n.*39., Gam. *dec.*131. *n.*2., & in hoc caſu extat lex, per quam mulier liberatur à fidejuſſione ex beneficio Vellejani, ut communiter tenent DD. in Auth. *Si qua mulier, Cod. Ad Vellejan.*, & diſponit Ord. *lib.*4. *tit.*61. Et ideo licèt mulier conſentiat in fidejuſſione, & medietas bonorum illius maneat obligata, ei tamen exceptio Vellejani conceditur, Gam. *dec.* 131. dicens ita ſæpiùs fuiſſe judicatum; Petr. Barboſ. *in L.*1. *ff. de Solut. matrimon. p.*3. *à n.*56., Rebel. *de Oblig. Juſtit. p.*2. *lib.* 6. *q.*9. *concl.* 2. & 3., & expreſſius *n.* 14. & 15., Ægid. *in L. Ex hoc jure. p.* 2. *cap.* 7. *à n.*18., Staiban. *Reſolut.* 22. *à n.*1. *cum ſeqq.*

Infertur ex hoc, quòd tantummodò medietas mariti abſque ulla exceptione remanet obligata. Dubium tamen eſt: An ſicut maritus poteſt fidejubere pro ſua medietate, poſſit & eodem modo hypothecare immobilia? Quæſtio eſt dubia, ut videre eſt in ſequentibus Notis Senatoris Joann. Alvar. da Coſta ad hanc Ord., ibi: *Utrum idem dicendum in hypotheca immobilium facta ſine conſenſu uxoris, an valeat ſaltem pro parte mariti? & quod valeat pro parte mariti, ex hac Ordinatione tenent aliqui, & ita judicatum in Senatu vidi in quadam antiqua cauſa. Sed dubia redditur hæc ſententia ex Ord. lib.*4. *tit.*48., *ubi notavimus contrarium judicatum: ſed pro hypothecæ validitate ex hac Ord. teſtatur Gam. dec.* 108.

Aliam Notam tranſcribit in Ord *lib* 4. *tit.*48. ad quam hìc ſe refert, ubi ita ſcripſit: *Prohibitio hujus Legis procedit etiam in hypotheca, ex L. fin. Cod. de Reb. alienand., quia eſt ſpecies alienationis; Mantic. de Tacit. lib.* 11. *tit.* 4. *n.* 27. & 30., *Giurb. ad Conſuet. Senat. Maſſan. cap.* 4. *gloſ.* 4. *p.* 1. *n.*19., *Pinel. in L.*1. *p.*3. *n.*39. *Cod. de Bon. matern., Carvalh. in cap. Raynaldus. p.*2. *n.* 304., *& ita vidi judicatum in Cauſa Comitis de Val de Reys, & Emmanuelis Rodrigues Surze; Judicib. Sebaſtian. da Guarda, Martim Affonſo de Mello, & Petro Paulo de Souſa.*

Et de hac quæſtione, an pro medietate mariti valeat hypotheca ab eo facta? vide Rocc. *cap.* 57. *ex n.*47. *cum ſeqq.*, & *cap.* 105. *n.* 46., & meliùs *cap.* 139. *ex n.* 46. *uſque ad n.*50., Barboſ. *in L.* 1. *ff. de Solut. matrimon. p.* 3. *n* 57., Rebel. *de Obligat. Juſtit. p.*2. *lib.*6. *q.*9. *n.*16. & 17., Guerreir. *de Diviſion. lib.* 6. *cap.* 2. *n.*14. 86. & 87., & alios Doctores vide in ſequenti Nota Senatoris Emman. Lopes de Oliveira: *An maritus abſque uxoris conſenſu immobilia hypothecare poſſit? vide Barboſ. hìc n.*10., *Cald. de Extinct. cap.* 5. *n.* 54. & 65., *& de Poteſt. eligend. cap.*3. *n.* 38., *Carvalh. in cap. Raynaldus. p.* 2. *num.* 304. *verſic. Tertiò infertur., Molin. de Juſt. & Jur. diſp.*422. *n.*11. *Et vide quæ in ſimili diſputant Merlin. de Pignorib. lib.* 2. *q.* 85., *Hermoſilh. in L.* 4. *tit.*5. *part.*5. *gloſ.*2. *n.*24., *Ægid. in L. Ex hoc jure. p.*2. *cap.*7. *n.* 2., *Faria ad Covarr. lib.*2. *Var. cap.*16. *ex n.* 68., *ſecundùm quorum diſtinctionem judicavimus valere hypothecam generalem, non verò ſpecialem abſque uxoris conſenſu.*

(b) Emphyteuſis perpetua conceſſa viro & uxori, vel per ambos acquiſita, vel conſtante matrimonio uni ex conjugibus conceſſa, communicatur inter virum & uxorem, itaut ipſius emphyteuſis æſtimatio inter ipſos dividatur; ut patet ex hac Ordinatione, de qua vide Doctores ſupra relatos in verb. *Afforamento perpetuo, que toma o marido, ou mulher, ſendo já caſados por carta de amétade, &c.*, & ultra eos vide relatos à Guerreir. *tract.* 2. *de Diviſion. lib.*2. *cap.*8. *n.*39., & *lib.*6. *cap.*1. *n.* 142.

(c) Vide ſupr. notata verb. *Doaçaõ ſe o marido a fizer á mulher, ou a mulher ao marido, e o que a fez fallecer abinteſtado, &c.*, & *ſeqq.*

(d) Vide verb. *Doaçaõ feita, pelo que naõ tinha filhos ſe revoga ao depois pelo naſcimento delles*; ubi plures ampliationes referantur. Et quòd donatio inter virum & uxorem revocetur per ſupervenientiam liberorum, in terminis hujus Legis, tenet de Jure Tiraquel. *in L. Si unquam. verb. Libertis. n.* 108. *Cod. de Revocand. donat.*, ubi *in n. ſeq.* hanc quæſtionem pertractat, Hermoſilh. *tom.* 1. *tit.*4. *partit.* 5. *L.* 8. *gloſ.* 3. *n.*23., Altimar *de Nullit. contract. tom.*5. *rubr.* 1. *p.*3. *q.* 32. *n.* 617.

(e) Vide ſupr. verb. *Doaçaõ ſe o marido a fizer á mulher, ou a mulher ao marido, e o que a fez fallecer abinteſtado, &c.* Dubium tamen eſt, an ad hoc ut donatio inter virum & uxorem confirmetur morte donatoris, ſit neceſſaria traditio? aliqui Doctores dicunt hanc donationem non confirmari morte conjugis donatoris, niſi donatio ſit completa, ſeu perfecta, traditione rei donatæ, aliàs donationem factam per ſolam promiſſionem, non interveniente ſcilicet traditione vera, vel ficta, non confirmari morte donatoris tradunt Gom. *in L.*50. *Taur. n.*65., Surd. *conſ.*171. *n.*6. & 7., Boſſ. *de Dot. cap.* 10. *n.* 11. 12. & *ſeqq.*, & *num.*63. & 64., Valaſc. *conſ.*5. *n.*16., Rub. *de Confuſ. jur. cap.* 2. *n.* 197. Alii verò tenent confirmari donationem morte conjugis donatoris, etiamſi nulla fuerit ſecuta traditio, aut vera, aut ficta; Faber *de Error. Pragmatica decad.*42. *error.*5., & *de Conjectur. lib.*2. *cap.* 8., & *lib.*19. *cap.*3., Urceol. *conſ. Forenſ. tom.* 1. *cap.* 39. *n.*7., Rub. *de Confuſ. jur. cap.*2. *n.*198., quem vide in *n. ſeqq.*

Quid autem ſi uxor nominaverit emphyteuſim dotalem in marito, an per mortem ipſius uxoris confirmetur nominatio? vide ſequentem Notam Senatoris Joann. Alvar. da Coſta: *Se o prazo do dote póde ſer nomeado pela mulher no marido, e ſe pela morte da mulher fica confirmada a tal nomeaçaõ; foi muito duvidoſo, e ſe julgou na cauſa de Joaõ Pereira da Cunha Ferraz, Secretario de Guerra, e outros, com Antonio Telles de Menezes, que ficava confirmada; revogando-ſe a primeira ſentença, anno de* 1714. *Scriba Manoel Velho da Coſta, no Juizo da Fazenda; e pedindo-ſe Reviſta ſe negou.*

(f) Vide ſupr. verb. *Doaçaõ de bens móveis, ſe o marido a fizer em prejuizo da mulher ſem conſentimento della, ſe deſcontará na meaçaõ do meſmo marido.*

(g) Vide ſupr. verb. *Doaçaõ remuneratoria, ou de eſmóla, naõ ſendo immenſa, póde o marido fazer dos bens móveis ſem conſentimento da mulher.* Et nota, quòd prohibitus donare, non cenſetur prohibitus facere donationem remuneratoriam; *L. Si plures.* 13. §. *Cum tutor. ff. de Adminiſtr. tut.*, Cald. *in L. Si curatorem. verb. Sine curatore. num.* 119., Cancer. *lib.* 3. *Var. cap.* 4. *n.* 21., ideoque valet inter patrem, & filium-familias *L. Cum pater.* 79. §. *Rogo. ff. de Legat.* 2. *L.*1. §. *Toties. ff. de Coll. bon.*, Menoch. *lib.* 3. *Præſumpt.*29. *n.*11., Cabed. *p.*2. *dec.*36., & etiam valet inter virum & uxorem; Fontanel. *de Pact. nuptial. clauſ.* 5. *gloſ.*1. *p.*2. *num.*85.

Marido naõ póde doar á mulher, nem a mulher ao marido, *liv.* 4. *tit.* 64. (a)

Marido, que dá, ou vende alguma couſa a ſua barragãa, a póde ſua mulher revogar, e tomar para ſi, *liv.* 4. *tit.* 66. (b)

Marido da mulher que caſou com elle de cincoenta annos, naõ póde ſer nomeado nos bens, que ella houver, depois de caſada, de ſeus aſcendentes, ou deſcendentes, em que haja lugar nomeaçaõ, *liv.* 4. *tit.* 105. (c)

Marido mayor de vinte annos ſe reſtitûe pela mulher menor de vinte, *liv.* 3. *tit.* 42. §. 4. (d)

Marido naõ póde vender, nem alhear bens de raiz ſem outorga de ſua mulher, *liv.* 4. *tit.* 48. (e)

Marido póde revogar a venda de raiz, em que a mulher naõ conſentio, *ibid.* §. 3. (f)

Marido, que vendeo em vida da mulher bens de raiz ſem ſua outorga, morta ella, póde revogar a venda com o conſentimento dos herdeiros della, porque elles a podem approvar, *liv.* 4. *tit.* 48. §. 3. (g)

Marido

(a) De invaliditate donationis inter virum & uxorem, vide DD. ſuppr. relatos in verb. *Doaçaõ ſe o marido a fizer á mulher, ou a mulher ao marido, &c.*

(b) Vide ſupr. verb. *Barragãas naõ podem haver doaçaõ, &c.* & verb. *Caſado, que doa, ou vende alguma couſa á ſua manceba, &c.*; & verb. *Marido naõ póde litigar em Juizo ſobre bens de raiz, &c.* verſic. *Limitatur autem*; & verb. *Doaçaõ feita pelo homem caſado á ſua barragãa, &c.*

(c) Ex hac Ordinatione deducitur, quòd mulier, quæ nupſit poſt ætatem quinquagenariam non poteſt maritum nominare ad emphyteuſim; ideoque nec vir poteſt nominare uxorem quinquagenariam; Cabed. *dec.* 114. *n.* 4. *&* 5., Pinheir. *de Emphyt. diſp.* 6. *ſect.* 2. *n.* 23., Guerreir. *tract.* 2. *de Diviſion. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 129., Cald. *de Poteſt. eligend. cap.* 1. *num.* 51. Et infertur ex hac Lege, quòd ſi mulier non fuerit quinquagenaria, poterit maritum nominare ad emphyteuſim; Cald. *de Nominat. emphyt. q.* 4. *n.* 18., *& de Poteſtat. eligend. cap.* 4. *n.* 4., Fragoſ. *de Regim. Reip. p.* 3. *lib.* 6. *diſp.* 9. §. 20. *n.* 8. *&* 9., Pinheir. *de Emphyteuſ. diſp.* 6. *ſect.* 2. *d. n.* 23.

(d) Vide ad materiam hujus Ordinationis Gam. *dec.* 162., Reynoſ. *obſerv.* 30. *n.* 17., Phæb. *dec.* 61., Cald. *in L. Si curatorem. verb. Vel adverſarii dolo. n.* 32. *&* 33. *Cod. de In integr. reſtitut.*, Giurb. *dec.* 109. *n.* 4., Fontanel. *de Pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 11. *gloſ. unic. num.* 40., Barboſ. *in L.* 1. *p.* 3. *n.* 63. *ff. de Solut. matrimon.*, Guerreir. *tract.* 1. *de Inventar. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 109. Nota tamen, quòd mortua uxore, hoc beneficium non tranſmittitur ad hæredes; Mend. à Caſtr. *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 7.

Nota etiam, quòd hæc Ordinatio, dum diſponit, quòd maritus gaudeat beneficio uxoris minoris quoad reſtitutionem tam in contractibus, quàm in judicio, videtur adverſari aliæ Ord. *lib.* 3. *tit.* 80 § 3., ex qua probatur, beneficium reſtitutionis eſſe perſonale, & non extendi ad litis conſortes, & ſocios, niſi res, aut cauſa ſit individua; ſed hanc antinomiam componit Cald. *in d. L. Si curatorem. verb. Vel adverſarii dolo. n.* 32. *verſic. Hinc etiam.*

(e) Maritus quamvis verus dominus, & adminiſtrator ſit omnium bonorum, attamen ſine conſenſu uxoris immobilia alienare nequit, ut diſponitur in hac Ordinatione; de qua vide ſupr. notata in verb. *Bens de raiz naõ pode vender o marido ſem outorga da mulher.* Et iſte uxoris conſenſus debet eſſe expreſſus, & non ſufficit tacitus, ut probatur ex hacmet Ordinatione, & ex Gam. & Valaſc. tenet Guerreir. *tract.* 2. *de Diviſion. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 5.

Si tamen contractus ex Reſcripto Principis probetur per teſtes, poterit etiam mulieris conſenſus per teſtes probari, ut refert judicatum Senator Oliveira in ſequenti Nota: *Si Princeps concedat Reſcriptum, ut contractus per teſtes probetur, conſequenter teſtibus probari poterit conſenſus uxoris, ut judicatum fuit na cauſa de Santarem de Manoel de Souſa Dias com Maria do Sacramento do Moſteiro de Almoſter. Eſcrivaõ Mariſcal, em Janeiro de* 1678., *& applicatæ fuerunt doctrinæ, de quibus Gabr. Per. deciſ.* 123., *Mend. à Caſtr. p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 2. *à n.* 6.

Amplia noſtram principalem concluſionem, ut procedat, etiamſi matrimonium ſit contractum per dotem & arrhas; quia nec in iſto caſu poterit maritus alienare immobilia abſque conſenſu uxoris, ut declarat hæcmet Ordinatio, & tenet Molin. *de Juſt. & Jur. tract.* 2. *diſp.* 428. *n.* 12. *in fin.*, Peg. *For. tom.* 3. *cap.* 38. *à n.* 24., Guerreir. *de Diviſion. lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 41., qui plures ampliationes ad noſtram concluſionem adducit ex *n.* 5. *uſque ad num.* 58.

Limita verò diſpoſitionem hujus Ordinationis in marito alienante rem, ~~quam~~ defunctus, cujus hæres eſt, vendere promiſerat; Cald. *de Empt. & Vend. cap.* 8. *n.* 8. *&* 12., Barboſ. *ad hanc Ordin. n.* 10., Guerreir. *de Diviſion. lib.* 6. *d. cap.* 2. *n.* 66. Limita 2. in marito vendente, ſeu renuntiante officium, quia hoc poteſt facere ſine conſenſu uxoris, interveniente Regis licentia; ut declarat hæcmet Ordinatio in verſic. *Porêm naõ tolhemos*; de quo vide Barboſ. *ad hanc Ord. n.* 28., Guerreir. *de Diviſ. d. cap.* 2. *n.* 85.; & infra notata verb. *Officio póde vender, ou renunciar o marido ſem conſentimento de ſua mulher*; quod tamen non procedit in officiis, quæ uxor ſecum attulit, vel ei in dotem data fuere; Peg. *tom.* 4. *For. cap.* 51. *n.* 3., & judicatum refert *n.* 2.

Limita 3., quando matrimonium Judicio Eccleſiæ fuerit ſeparatum, bonaque inter conjuges fuerint diviſa; quia tunc uterque alienare poterit, inconſulto alio, Phæb. *dec.* 72. *à n.* 1., & cum pluribus tenet idem Guerreir. *d. cap.* 2. *n.* 101., quem vide *à n.* 64. *uſque ad n.* 123., ubi 37. limitationes adducit, & per totum caput de univerſa materia agit.

(f) Ad materiam hujus Ordinationis vide Cald. *Receptar. ſentent. conſ.* 39. *n.* 3. *& ſeqq.*, Carvalh. *in cap. Raynaldus. p.* 2. *n.* 260., quod intellige interveniente conſenſu uxoris ad reſcindendum contractum, ut declarat hæc Ordinatio, & tenet Gam. *dec.* 346. *n.* 4. *verſic. Nec obſtat.*, Barboſ. *in L.* 1. *p.* 5. *num.* 9. *ff. de Solut. matrim.*, Valaſc. *conſ.* 69. *n.* 14. *in fin.*, Cancer. *p.* 1. *Var. cap.* 18. *ſub n.* 17., Conciol. *alleg.* 4. *n.* 40., Gabr. Per. *dec.* 123. *in fin.* Quia cum hæc Lex ſit in favorem uxoris, abſque ejus conſenſu non poteſt in judicio exerceri; nam ſecundùm jus nullitas in favorem alicujus intelligitur, ſi ipſe annullatione uti velit; Berſſan. *de Pupill. cap.* 2. *q.* 32. *n.* 7. 8. *&* 9., Conciol. *ad Statut. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 45. *n.* 46., *& ſeqq.*, latiſſimè Altimar. *de Nullit. tom.* 7. *rubr.* 1. *p.* 5. *q.* 48. *à n.* 311. ſignanter *n.* 406.; & vide ſequentem Notam Senatoris Joann. Alvar. da Coſta. *Nota alienationem circa conſenſum uxoris factam non poſſe ſine ipſius conſenſu maritum annullare, ut colligitur expreſſè ex hac Ordinatione; quia eſt in favorem uxoris hæc Læx lata; Gam. dec.* 42. *n.* 2., *Gabr. Per. dec.* 123. *in fin. Unde ego ita judicavi in cauſa de Monte-mór o Novo contra Fauſtino Nunes, pro Emmanuele Gomes: ſed fuit revocata in appellationis gradu; tum quia adhibuit Actor procurationem uxoris; tum quia judicavit Senatus hanc Ordinationem non vigere, quando venditio fuerit neceſſaria per ſubhaſtationem; quia ſi uxor non ſit citata in fórma Ordinationis lib.* 3. *tit.* 86. §. 27., *poteſt maritus citra ejus conſenſum annullare venditionem; quia non impugnat factum proprium voluntarium; quod nota cum Ord. lib.* 3. *tit.* 47.

(g) Vide Doctores ſupra proximè relatos; Altimar *de Nullit. contract. tom.* 7. *rubr.* 1. *p.* 5. *q.* 48. *n.* 406. Sed limita

Marido póde vender, e renunciar o Officio ſem outorga da mulher, *liv.*4. *tit.*48. (a)

Marido, que vendendo bens de raiz ſe obriga a trazer outorga de ſua mulher, e dá fiadores, ou penhores, naõ val, e he tudo nullo, *ibid.* §. 1. (b)

Marido, e mulher, ſendo citados ambos, poſto que hum delles naõ appareça, he válido o juizo, *liv.* 3. *tit.* 47. §. 4.

Marido póde prometter arrhas a ſua mulher até quantia do que montar a terça parte do dote, *liv.* 4. *tit.* 47. (c)

Marido naõ póde prometter arrhas, tendo filhos legitimos do primeiro matrimonio, mais do que montar a ſua terça, *ibid.* §. 1. (d)

Marido, que alheya bens móveis em prejuizo da mulher para ſe fazer execuçaõ nos de raiz, ſerá preſo, *liv.* 3. *tit.* 86. §. 13. (e)

Marido, que tinha dividas, antes que caſaſſe com ſua mulher, naõ ſe fará por ellas execuçaõ nos bens da mulher, ſenaõ nos que elle trouxer comſigo, e na ſua amétade dos bens, que depois de caſados foraõ adquiridos, *liv.* 4. *tit.* 95. §. 4. (f)

Marido,

ta diſpoſitionem hujus Legis, ſi maritus fuerit hæres uxoris; quia, cum tunc principaliter vendicet ad ejus utilitatem, poteſt ei objici exceptio de proprio facto, ex Text. *in L. Cum vir.*42. *ff. de Uſucapion.*, Cenſal. ad Peregrin. *artic.* 29. *verſic. Neque obſtat.*, Barboſ. *in L.* 1. *p.* 5. *n.* 18. *ff. de Solut. matrimon.*, Gom. *in L.* 50. *Taur. n.* 62., Caſtilh. *lib.* 8. *Controv. cap.* 58. *n.* 18. *verſic. Illud quidem.*, Petr. Barboſ. *in L.*1. *p.*5. *n.* 19. *in fin. ff. de Solut. matrimon.*, & vide Mend. *in Prax. part.*1. *lib.*4. *cap.*2. *n.*6., Barboſ. *ad hunc* §. *num.*3.; & vide ſupr. verb. *Herdeiro do marido, que alheou bens de raiz ſem conſentimento de ſua mulher, &c.*

(a) Ad materiam hujus Legis vide Guerreir. *de Diviſion. lib.*6. *cap.*2. *n.*85., Peg. *tom.*4. *Forenſ. cap.*51. *ex n.*1., ubi refert judicatum *n.* 2. non habere locum hanc diſpoſitionem, quando uxor officium ſecum attulit, vel fuit ei in dotem datum. Et nota, quòd dum hæc Ordinatio excipit venditionem officii, evidenter ſuadere videtur officia inter immobilia connumerari, juxta illud, quod traditur: Exceptionem regulam firmare, *L. Nam, quod liquido.* §. *fin. ff. de Pæn. legat.* cum vulgar., quod optimè colligitur ex doctrina Doctorum aſſerentium officia eſſe bona, ex quibus fructus colliguntur, ut poſt Barth. Valaſc. *de Partit. cap.*13. *n.*69., Merlin. *de Pignorib. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 14. *n.* 5.; bona autem, ex quibus fructus percipiuntur, immobilia in jure conſiderari patet ex late traditis per Merlin. *de Pignorib. lib.*2. *q.*44. *n.*20.; & expreſſè, quòd officia ſint bona immobilia, tenent Parex. *de Inſtrum. edit. tit.*5. *reſol.* 9. *n.*90., ubi alios refert, Noguerol *alleg.* 19. *n.*83., Larrea *alleg.*99. *n.*23.

Quo ſuppoſito, dubia redditur exceptio hujus Legis, dum marito permittit officium vendere citra conſenſum uxoris, ſed illius ratio mihi videtur eſſe; quia cum hæc Lex procedat, ſuppoſita Principis facultate, (ſine qua nequeunt officia vendi, ex Ord. *lib.*1. *tit.*95., quod in hac Ordinatione ſupponendum dicit Barboſ. *hìc n.*48., Cabed. *p.*2. *dec.*24., Cald. *in* §. *Sed hæc. Inſtit. de Inoffic. teſt. cap.* 2. *n.* 18., quam conceſſionem ſemper præcedit juſta cauſa, Cald. *ibid. n.* 19.) contentus fuit Legislator permiſſione Principis, qui rationabiliter conceſſit facultatem vendendi; & ſic noluit amplius conſenſum uxoris, qui, interveniente juſta cauſa, etiam per authoritatem Judicis ſuppletur, ex Ord. *lib.*3. *tit.*47. §. *fin.*

Nota tamen, quòd licèt per hanc Ordinationem poſſit maritus vendere, ſeu renuntiare officia ſine conſenſu uxoris; attamen non poterit ſuper officio judicium ſubire, inconſulta uxore, ex Ord. *lib.* 3. *tit.* 47.; quia etiam maritus ſine muliere poteſt nominare emphyteuſim, reſervatis fructibus, ut ſupr. notavimus in verb. *Bens de raiz naõ póde vender o marido ſem outorga da mulher*; & tamen ſine illius conſenſu non poteſt eſſe in judicio ſuper emphyteuſi: & ſimiliter in rebus majoratus, quas maritus poteſt alienare, etiam muliere non conſentiente, & tamen non poteſt ſuper illis litigare abſque uxoris conſenſu; quæ omnia denotant nihil commune habere alienationem cum exercicio actionum in Judicio.

(b) Vide Barboſ. *in L.*1. *p.*5. *n.* 22. *ff. de Solut. matrim.*, Valaſc. *conſ.*85. *n.*2., Cancer. *p.*1. *Var. cap.* 18. *n* 17. *verſic. Ubicumque. in fin.*

(c) Vide ſupr. verb. *Arrhas naõ póde prometter o marido em mais do que montar a terça parte do dote da mulher*; & verb. *Dote e arrhas, que promette o marido á mulher, val até a terça parte, &c.* Et nota, quòd arrhæ poſſunt conſtitui, ut mulier eas lucretur, ſive ejus hæredes, ſi fortaſſe mulier è vita migraverit priuſquam ejus maritus; Ægid. *in L. Ex hoc jure. p.*1. *cap.*11. *n.* 4., *ff. de Juſt. & jur.*, & vide Fontanel. *de Pact. nuptialib. clauſ.*7. *gloſ.*1. *p.*1. *num.*59. Et utrum arrhæ poſſint conſtitui, & augeri, conſtante matrimonio? vide Portug. *de Donat. lib.*1. *Prælud.*2. §.6. *n.*13. & 14., Ægid. *in L. Ex hoc jure. d. cap.*11. *à n.* 90.

Nota etiam, quòd per Legem latam in Comitiis Curialibus Regis Joann. IV., quam habes in Ord. *lib.*4. *hoc tit.* 47. *Coll. unic. n.* 1. decretum fuit, quòd dos non poſſit excedere quantitatem duodecim mille centuſſum, vulgò *de doze mil cruzados*, ex quo infertur, ſuppoſita diſpoſitione hujus Legis, quòd arrhæ non poſſunt excedere quantitatem quatuor mille centuſſum, vulgò *de quatro mil cruzados*. Nota amplius, quòd bona Coronæ, ſeu Commendæ non poſſunt applicari ad ſolutionem arrharum, ut extat declaratum in quadam Epiſtola, quæ eſt in d. Ord. *lib.*4. *hoc tit. Coll. unic. n.* 2.

Et an bona majoratus poſſint obligari ad ſolutionem arrharum; vide ſequentem Notam Senatoris Joan. Alvar. da Coſta: *Caſou o Conde de Redondo Thomé de Souſa ſegunda vez, com filhos do primeiro matrimonio, e teve proviſaõ para obrigar os bens de morgado ás arrhas: duvidou-ſe ſe eſtava o morgado obrigado ſó dentro da terça na fórma deſta Ley, que ſe naõ achava diſpenſada. Julgou-ſe, que a obrigaçaõ das arrhas era válida, e que o morgado eſtava obrigado a toda a quantia.*

(d) Vide ſupra notata verb. *Arrhas naõ póde prometter o marido, que tem filhos legitimos do primeiro matrimonio, &c.*

(e) Vide ſupr. verb. *Alheaçaõ, que o marido faz dos bens móveis em prejuizo da mulher, &c.*

(f) Vide ſupr. verb. *Divida do marido, ou mulher contrahida, antes que caſaſſem, &c.*; & ultra Doctores ibi relatos vide etiam Moraes *de Execut. tom.*3. *lib.* 6. *cap.* 8. *ex n.*48., Portug. *de Donat. tom.*2. *p.*3. *cap.*26. *à n.*59., Arouc. *in L.* 30. *n.* 3. & 4. *ff. de Adoption.* Et ad hanc Ordinationem notat ſequentia Senator Joann. Alvar. da Coſta: *Vidi judicatum, quòd ob debita contracta ante matrimonium, ſi in vita conjugis debitoris fuerunt bona pignorata virtute ſententiæ, non poteſt conjux in præjudicium creditoris, mortuo conjuge, petere ſeparationem in bonis pignoratis; quia tunc temporis durante matrimonio, poteſt executio indiſtinctè fieri pro omnibus debitis.* Et iterum notat idem Senator: *As dividas contrahidas, conſtante o matrimonio, pela morte de hum dos conjuges ſe devem dividir, mas o crédor póde demandar in ſolidum ao devedor, que contrahio a divida, Arouc. alleg.* 51.; *e o meſmo ſe julgou no herdeiro do conjuge morto; Judicib. Lopes de Oliveira, Reſende, Baracho, anno* 1687. *na cauſa de Maria Corrêa com Valentim de Carvalho, Scriba Avellar.*

Et

Marido, que naõ quer dar conſentimento á mulher para revogar a venda por elle feita, haverá ella proviſaõ do Paço para fazer a demanda, *liv.* 4. *tit.* 48. §. 2. (a)

Marido, e ſeus herdeiros podem demandar a couſa de raiz vendida ſem outorga da mulher; havendo porêm conſentimento de ſua mulher para a dita demanda; e ſendo ella morta, he neceſſario conſentimento dos herdeiros da mulher, *ibid.* §. 3. (b)

Marido ſó ſem conſentimento da mulher, ou de ſeus herdeiros, naõ póde demandar a couſa, que elle vendeo de raiz que a vendeo ſem outorga da mulher, *ibid.* (c)

Marido eſtará obrigado a reſtituir o preço da couſa, que tornou a recobrar, por ſer vendida ſem conſentimento de ſua mulher, ſe o preço foi convertido em proveito della, poſto que o comprador foſſe ſabedor que era caſado, *ibid.* §. 4. (d)

Marido, que torna a cobrar a raiz, que vendeo ſem conſentimento da mulher, tornará o preço, poſto que a mulher naõ tiveſſe proveito delle, ſe o comprador naõ ſoube, nem teve razaõ de ſaber que o vendedor era caſado; e naõ tendo elle por onde pague, ſerá preſo, *ibid.* §. 5. (e)

Marido, no caſo que o comprador ſoube, ou teve juſta razaõ para ſaber que era caſado, cobra a raiz, que vendeo ſem outorga da mulher, com os fructos, tirados os cuſtos, que ſe fizeraõ por razaõ dos fructos, *ibid.* §. 6. (f)

Marido

Et quid ſi mulier exigens dotem in raudem creditorum nubat ſecundo viro, an ab iſto non participe fraudis poſſit dos avocari? affirmativè reſolvit Arouc. *alleg.*71. *n.*27., non obſtante *L. fin.* §. *Si à Socero. ff. Quæ in fraud. credit.* Ad verb. *E na ſua amétade de bens, &c.* notat hìc ſequentia idem Senator Joann. Alvar. da Coſta: *Expreſſè permittit executionem in bonis noviter quæſitis, conſtante matrimonio; & ita judicavimus contra alios. Quid nos redditos vencidos, conſtante o matrimonio, ſendo o principal tomado a juro ante matrimonium? dubium eſt.* Vide Portug. *lib.* 3. *cap.*26. *ex n.*59. *uſque ad fin.*, & Peg. *tom.*7. *ad Ord. pag.*85. & 86., Guerreir. *de Ration. reddend. lib.*5. *cap.*10. *n.* 48.

(a) Ad materiam hujus Ordinationis vide Valaſc. *conſ.*69. *n.*16., Cabed. *p.*1. *dec.* 106. *n.* 7., Ægid. *in L. Ex hoc jure. p.*2. *cap.*7. *n.*56., Auguſt. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. p.*3. *alleg.*70. *n.*26. & 27., Gabr. Per. *dec.*19. *n.*1.

(b) Vide ſupr. notata verb. *Marido, que vendeo em vida da mulher bens de raiz ſem ſua outorga, morta ella, póde revogar a venda com conſentimento dos herdeiros, &c.*

(c) Diſponitur in hac Ordinatione, quòd maritus non poteſt vendicare rem ab eo alienatam propter defectum conſenſus uxoris, niſi ipſa uxor in lite conſentiat; quia cum hæc nullitas ex defectu conſenſus ad alienationem faciendam ſit in favorem uxoris, non debet á marito in judicium deduci, niſi uxore ipſa approbante, ut ſupra diximus.

Sed quæſtió eſt: An ſi maritus vendat res dotales uxoris, abſque ejus conſenſu, an poſſit idem maritus eas vendicare inconſulta ipſa uxore? & videtur affirmativè reſolvendum; quia bona dotalia conſtante matrimonio alienari non poſſunt à marito, etiam conſentiente uxore; Fontanel. *de Pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſ.*3. *p.*13. *num.*14., Surd. *de Aliment. privileg.*36. *num.*1., Giurb. *Ad conſuetud. Senat. Meſſan. cap.*14. *gloſ.*3. *p.*1. *n.*2., Gom. *in L.* 50. *Taur. n.* 57., Valaſc. *conſ.* 127. *n.* 15., & *conſ.*150. *n.*5. & 6., Caſtilh. *lib.*8. *Controverſ. cap.*58. *à n.*1., Hermoſilh. *tom.*2. *partit.*5. *tit.* 5. *L.* 22. *gloſ.* 5. *n.* 4., Petr. Barboſ. *in L.*1. *p.* 5. *ſub n.* 12. *verſic. Secunda principalis concluſio., ff. de Solut. matrim.*, Boſſ. *de Dote, cap.*18. §.9. *n.*107., Guerreir. *tract.*2. *de Diviſion. lib.*6. *cap.*2. *n.*31.

Licèt enim ex Lege Julia cautum fuiſſet non poſſe maritum res dotales invita uxore alienare, ea tamen conſentiente poſſe alienationem facere (quam Legem Juliam fuiſſe in uſu conſtat ex toto titulo, *ff. de Fundo dotali*); hodie tamen abrogata invenitur ex Conſtitutione Juſtiniani in *L. unic.* §. *Et cum Lex., Cod. de Rei uxoriæ actione*, Text. *in princip. Inſtit. Quibus alienar. licet, vel non*, & ibi Pichard. *n.*12., Petr. Barboſ. *in L.*1. *p.*5. *ex n.* 1. *cum ſeqq., ff. de Solut. matrim.* Caſtilh. *lib.* 8. *Controv. cap.*58. *n.* 3. & 4., qui omnes cum ſupra relatis tenent, quòd poſt dictam Juſtiniani Conſtitutionem non poteſt fundus dotalis alienari à marito de conſenſu uxoris, nec ab uxore de conſenſu mariti, nec ſimul ab utroque.

Et ideo cum hæc alienatio ſit nulla ob prohibitionem juris, nec ex ea jus aliquod transferatur, ut ex pluribus tenet Velaſc. *de Privileg. pauper. p.* 1. *q.*22. *num.* 4., Hermoſilh. *d. L.*22. *gloſ.*5. *num.*6.: poteſt maritus etiam conſtante matrimonio ipſas res dotales per ſe alienatas ab emptore vendicare, ſeu recuperare; Gom. *in L.* 50. *Taur. n.* 63., Petr. Barboſ. *in L.* 1. *p.* 5. *à n.* 63. *ff. de Solut. matrimon.*, Hermoſilh. *d. L.*22. *gloſ.*5. *tit.*5. *partit.*5. *n.*6., Caſtilh. *lib.* 8. *Controv. cap.* 58. *n.* 17., Giurb. *ad Conſuet. Sen. Meſſan. cap.*14. *gloſ.* 2. *p.*1. *num.*7., Guzman. *de Evict. q.*26. *n.* 74., qui omnes materiam de alienatione rerum dotalium pleniſſime tractarunt.

